57

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

DIONYSIUS HALICARNASSEUS

DE

Structura Orationis,

GRÆ. & LAT.



P. Lens delin:　　　　I. Sturt ſculp:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ

Περὶ

ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSII HALICARNASSEI

DE

Structura Orationis

LIBER:

Ex Recensione

Jacobi Upton Etonensis, A. M.

Qui & veterem Interpretationem emendavit, ſuaſque adjecit Animadverſiones, cum notis integris

Friderici Sylburgii Veterensis: ſelectiſque aliorum.

His acceſſerunt

Simonis Bircovii Poloni

Exempla Latina:

Cum duobus Indicibus locupletiſſimis, & Græco & Latino.

LONDINI:

Impenſis Sam. Smith, Benj. Walford, & Tho. Newborough in Cæmeterio D. Pauli.

MDCCII.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

FEB 1 1946

13018



Juveni Nobiliſſimo Ornatiſſimoque,

Domino PHILIPPO SYDENHAM, Bar$^{to:}$

Regiæ Societatis Socio:

A C

In ſupremis Regni Comitiis
à populo Somerſetenſi
legato Senatori,
S. D.

FInitis tandem laboribus, quos Editioni huic impenſos volui, ultimaque jam manu impoſita, quæſivi mecum, *Juvenis Ornatiſſime*, ut moris eſt, cui potiſſimum ex Amicis mea offerenda eſſent munuſcula, cujus ſibi nomen,

quod & præſidio foret & ornamento, hæc prima præſcriberet pagina: nemo autem quærenti te dignior, nemo te prior occurrebat, ad quem Dionyſius, meo qualicunque ſtudio & diligentia politus, mitteretur. Etenim quæcunque hujus generis olim tentavimus, aliquo apud te loco fuiſſe habita, ut & cetera omnia quæ à me profecta ſunt, tibi accidiſſe gratiſſima compertum habeo. Quod autem momenti longe majoris eſt, plura tibi debeo accepta ſummæ charitatis officia, quam quæ pauci ex neceſſariis ſuis conjunctiſſimiſque familiaribus aut ſoleant ſperare aut debeant. Nam cum à primis Adoleſcentiæ temporibus arctiori Amicitiæ vinculo me tibi conjunctum voluiſti, nulla proſequendi me amore & benevolentia, nulla ornandi ad hunc uſque diem tibi prætermiſſa eſt occaſio: nec in poſterum quod de tua conſtantia dubitem, habeo.

Etſi paria itaque referre beneficia, eademque tibi rependere in noſtra non eſt poteſtate, nec tu id à nobis exigis; (neque enim utilitate tibi probatur Amicitia) me tamen vel ingratiſſimum omnes judicarent, ſi ea ſilentio præterirem, cum publice teſtandi opportunitas ultro ſit oblata. Hoc igitur Amoris noſtri pignus, hoc animi grati monumentum, quo cetera

tera mea omnia accepiſti, eodem favore accipias rogo; ſeu Strenæ nomine, quod anni tempus patitur, ſeu muneris Natalitii, quo titulo olim commendatum reperies, tibi futurum eſt acceptius. Quod quidem hujuſmodi quanquam non ſit, ut diu manſurum ſperem; (quid enim, niſi ſuo genere perfectiſſimum, aut poteſt aut debet?) laudes tamen ut tuæ hominibus magis innoteſcant, & quantum literis ſignificari poſſit, mea erga te pietas ſit perſpecta, in aliquot annos conſequentes, favente patroa Virgine, prorogatum iri confido.

Hanc autem rei literariæ præſidem cum tu meritis infinitis dudum tibi devinxiſti, ab ineunte ætate ſtudiis cultioribus deditus, dubium non eſt, (huic ſcripto quicunque fuerit eventus) quin ſibi id curæ futurum ſit, ut nulla unquam Virtutes tuas oblivio ſepultas obruat. Quem enim ex juventute tibi parem, quem tantæ ſpei inveniet, non ſolum à vitiis, quibus hæc ætas polluitur, abhorrentem, ſed Pietatis cultorem ſtrenuum, ſed patrio ex ritu Religionis obſervantiſſimum? Qui neque labori neque ſumptui finem ſtatuis, ut literæ apud nos promoveantur, & majori incremento effloreſcant: Eruditos omnes ſumma proſequeris humanitate: Sacerdotii munere commendatos, ſi bonis itidem

PA
3966
.S7

dem moribus & probitate ſint illuſtres, & cultu dignos & obſervantia judicas. Hæ tibi cum ſint animi dotes, hæc ornamenta, ecquis cui diſciplinæ liberaliores & humanitas cordi ſint, te Muſis & Gratiis non probantibus inornatum ſuis chartis præteribit? Equidem multos fore auguror homines doctiſſimos, qui nec morum incredibilem ſuavitatem, nec fidei conſtantiam, nec vividas ingenii dotes æterna nocte urgeri patientur. Sed quoniam nec iis deſcribendis, nec Generi tuo, (quod cum ſit à majoribus utroque ſtemmate nobiliſſimum, nobilius etiam poſteris traditurus es) me aut parem aut idoneum ſentio, feliciori ſucceſſu *aliis pòſt commemoranda relinquo*: ne aut laudes tuas ingenii culpa deteram, aut in modeſtiam, qua ſingulari præditus es, non libens peccem.

Miſſis itaque laudum præconiis, quæ nec tu de te ſcripta audire, nec ego ſcribere, etſi veriſſima ſuſtineo; ad hæc quæ affero, explicanda me conferam: operæ pretium facturus, ſi te, quem publica pariter & privata diſtringunt negotia, diligentiori non pigebit oculo perluſtrare. nec indigna, (ut ſpero) quæ horis ſubſicivis te morentur, ſcientiarum peritiſſimus æſtimator judicabis. multa ſiquidem ex hoc ſcripto, præ-

ter

ter animi requiem ſeriis finitis tempeſtivam, carpenda ſunt emolumenta. multa tibi, dum ſtudioſius dicendi præcepta, quæ hoc libro continentur, annotaveris, occurrent olim profutura. Quoties ſcilicet in ſupremo Conſeſſu inter Senatores, ipſe Senator digniſſimus (quem honoris gradum populares tui ſumma animorum conſpiratione tibi deferendum cenſuerunt) res diu multumque cogitatas, nec te, nec loco, nec cive Anglicano indignas copioſe explicare ornateque ſuſceperis; ſive alia quæcunque vitæ geſſeris munia, quæ patria quæ Princeps adminiſtranda commiſerit, jucundiſſimos Eloquentiæ fontes adiiſſe, dicendi facultatem percepiſſe, vel publica vel privata obeunti negotia, non levi erit adjumento. Quid enim muta per ſe valet ſapientia? quid elingue conſilium, ſplendore omni verborum & orationis cultu deſtitutum? Duo ſunt, quemadmodum ſcribit Thucydides, quæ in homine qui rebus gerendis ſit idoneus, requiruntur, prudentia & ornata elocutio. Cumque alterius in te tantum ſit, quantum ingenii felicis ſolertia, inſtitutio Artium liberalium proba, & diſcendi labor homini vigilanti comparare ſoleant; alteram ne incultam jacere neglectamque patiaris. Quam partem ad excolendam, ſe ſuam poſſe haud aſpernandam ſymbolam tibi conferre,

 gaudi-

gaudium cumulatius, quam cum juveni inter Romanos nobiliſſimo dederit, percepiſſe videtur Dionyſius.

Hæc ſunt quæ tibi, *Juvenis Ampliſſime*, hoc tempore affero, plura olim & emendatiora (Deus modo incolumem conſervet) allaturus. Quod ſupereſt, numen veneror, ut vitæ diuturnioris curſus tibi contingat feliciſſimus, ut eam ſpem atque exſpectationem, quam de te optimi quique conceperunt, quemadmodum huc uſque viciſti, ita ad ſeram ſenectutem provectus pergas vincere. Hæc tibi precatur,

Omni cultu & officio

devinctiſſimus,

Etonæ, Idibus Januar. 1702.

JACOBUS UPTON.

LECTORI.

NON multis ipſo in limine te morabor, dudum introeundi deſiderio captum, ut intima Eloquentiæ penetralia, à Dionyſio feliciter recluſa, contempleris. Neque enim mihi perſuadere poſſum, multis opus eſſe, quò arcana hæc myſteria; quæ fruſtra apud præſtantiſſimos etiam dicendi magiſtros quæſiveris, tibi gratiora commendentur. Satis eruditi norunt & argumentum libelli, cujus vere aureoli tibi à me facta eſt jam copia, & libelli Authorem politiſſimum: cui primas communi prope omnium conſenſu, Ciceronem ſi exceperis & Ariſtotelem, ob graviſſima dicendi præcepta optimi quique detulerunt judices. Qui cum plurima eruditione ſingulari & exquiſito judicio ad Oratorem formandum conſcripſerit volumina, nullum quo tantopere ſe jactet, aut cui à nobis plus debetur; quam tibi quod offerimus de ſtruenda Oratione, ad noſtra uſque propagatum eſt tempora. Quem librum, per ſe cum pretii quantivis ſit, ideo pluris etiam æſtimabunt eruditi, quod ſolus eſt ex omni Antiquitate de Verborum Conſtructione inſtitutus; quem nobis veteres incolumem tranſmiſerint, præterea nullum. Alia quæ rei literariæ injuria temporum evenerunt damna, ex aliis aliunde reliquiis reſarciri poſſunt: ſin noſtra hæc intercidiſſent vetuſtate abſorpta, nullis nec Græcorum nec Latinorum monumentis jactura eſſet reparanda. Id enim ſcriptionis genus, id argumentum ſibi illuſtrandum ſumpſit, quod veterum Oratorum nemini ante ſe nè

 quidem

quidem in mentem venerat: nec ſeculis eo mortuo ſubſequentibus, ab ullo artifice præter Longinum, (cujus itidem duo ſcripta non ſine magno detrimento ſunt amiſſa) ut dilucidius explicari poſſet, de integro ſuſceptum eſt.

Sed ut cætera omnia, quæ hoc ſcripto continentur Eloquentiæ myſteria, & pauciſſimis, ipſo affirmante Dionyſio, ſunt cognita, tacitus prætercam: cùm tria ſint præcipua dicendi genera, quæ à Græcis Συνθέσεως χαρακτῆρες *appellantur, & à veteribus magiſtris aut calamo rudiori ſunt deſcripta, aut temere prætermiſſa; hæc notis ſuis ille diſtincta, deſcriptionibus pleniſſimis illuminata, exemplorum ex optimis ſcriptoribus varietate & copia confirmata, adeo luculenter depinxit, ut nemini non poſſint eſſe luculentiſſima. Quæ ſi quis cognitione indigna judicabit, in errores idem ſæpiſſime inter legendum incurrat, vitia pro virtutibus, virtutes pro vitiis habeat neceſſe eſt. Hæc cum ita ſint, mirum nec immerito quibuſdam videatur, quum cæteri omnes, qui Rhetorica præcepta memoriæ tradiderunt, in lucem toties prodeant doctiſſimorum laboribus illuſtrati, cur & Dionyſius, nemini eruditione ſecundus, eloquentiæ ſtudioſis pari jure non proponatur; & quemadmodum multa ex Græcis Latiniſque Oratoribus ſunt ſelecta, itidem & hoc ſcriptum proprio edatur volumine. Equidem nolui per me ut fieret, (quanquam peritiori manu tractari dignus eſt) quo literis humanioribus juventus dedita libello deſideratiſſimo diutius careret. meos adeo qualeſcunque, ceteris quieſcentibus, labores (ut ſpero) non aſpernabitur.*

Jam

Jam vero, his ita expoſitis, quæ à nobis tibi ſint expectanda, paucis accipe. Accuratam Friderici Sylburgii Editionem, quæ typis Wechelianis anno 1586. *excuſa eſt, ſumma fide ſecuti ſumus, veſtigiis illius ubique inſiſtentes. Quod ut facerem, non ſolum voluntas, ſed ipſa me neceſſitas adigebat, omnibus aliis, excepta Bircoviana, adminiculis deſtitutum. Hanc autem, rogantibus amicis, mecum humaniter communicavit* Joannes Laughton, *bibliothecæ Cantabrigienſis præfectus. nec quicquam aliud huic Editioni adornandæ mihi auxilio fuit, ſcriptum editumve. prodit tamen ſuis haud denudata ornamentis non ſolum emaculata, (quod maximi faciendum eſt) ſed in quibuſdam ipſa Sylburgiana & auctior & caſtigatior.*

Verſionem hujus libri ſuſcepit olim Simon Bircovius, *in Academia Samoſcenſi centum ab hinc annis profeſſor: ſed infelici admodum ſucceſſu. Eſt enim, ſi qua alia, non tantum inepta, ſed in plurimis à ſenſu Authoris aliena, & ſcriptori quæ politiſſimo adjungeretur, prorſus indigna. Sane hunc hominem Hegeſiæ Magneſſo, ſi ſcripta extarent, idoneum vix judices interpretem. Quod igitur ad Verſionem attinet, aut novam à me habes, aut veterem inſtar Theſeæ navis adeo immutatam, ut priſtinæ, ſi ulla, pauca admodum reperiantur veſtigia. De fide non ſum adeo ſollicitus, ne eam cuivis utriuſque linguæ perito non adprobem: elegantiam viri eloquentiſſimi, cujus ex oratione venuſtates Atticæ imprimis effloreſcunt, ne in votis quidem fuit exprimere, aut dicendi gratiam exæquare.*

Integras Sylburgii notas, docti imprimis & eruditi viri, ſingulis paginis ſubjectas exhibemus: de

quibus

quibus ipſe non veretur ita ſcribere: Quicquid Victorius, Muretus, Brodæus, Leopardus, Stephanus, Canterus in Variarum Lectionum & Emendationum libris notarant, diligenter excerpſi: è Camerarii item, Xylandri & Wolfii libris quæ amici nobis ſuggeſſerant, eodem adhibui. *Hæc ille: nec eſt, cur jactantiorem credas: etenim promiſſis exolutum reperies, plura etiam quam quæ pollicitus eſt, impertientem. Quem tamen ſi nonnunquam errantem deprehendimus, venia omnino danda eſt: cum longo in opere fas ſomnum ſit obrepere. Sed cum ad calcem ille notas rejecerit, & brevitatis ſtudioſus Lectorem, pagina verſuque indicatis, ad alia ſubinde loca aliis Dionyſii libris tractata, amandet; ea nos inſeruimus, ne plurimis, qui integra Dionyſii opera non haberent, à viro doctiſſimo annotata forent inutilia. Locum itidem quem citat ex Herodoto pag. 26, cum eſſet longior quam ut notis commode immiſceri poſſet, omiſimus. Hæc dicenda judicavi, ne quis fidem ſuſpicaretur. Quas inſuper notas adjecimus, aut ad difficiliora explicanda è Caſaubono, è Voſſiis & patre & filio, aliiſque eruditione pariter & judicio præſtantibus viris, aut è noſtro etiam penu, ut, ſi quid uſpiam à nobis in Contextu mutatum ſit, fideliter indicent, depromptas habes.*

Exempla Latina, Græcis Dionyſii reſpondentia, à Bircovio ſunt collecta: quæ cum aliquem uſum eſſent habitura, nolui aut eorum utilitate ſtudioſi juvenes, aut ſua laude Bircovius fraudaretur. Hoc tamen ſcias velim, me omnia recenſuiſſe, cum optimis Editionibus collata, & paſſim fœdiſſimos (ſive id incuria, ſive ignorantia factum) errores

res ſuſtuliſſe. Duos etiam Indices, & Græcum & Latinum, ad finem habes adjectos: quos quidem compoſuit Sylburgius, quandam totius libri Synopſin non inutilem: nos autem utrumque locupletiorem fecimus.

Hæc ſunt, amice Lector, quæ tuâ nonnihil intereſſe ut ſcires judicavi: nec habeo, quod ulterius te monitum velim, niſi æquum videri, ut te mihi candidum fore viciſſim ſperem, quemadmodum me tui cauſa diligentem præſtiti; idque eo æquius, ubi ſcieris me Amicorum potius hortatu quam mea voluntate hoc munus ſuſcepiſſe, ut ipſe laborem, alii fructum ex eruditiſſimo ſcriptore perciperent. Vale.

STRABO.

STRABO.

Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς [Ἁλικαρνάσου] Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεὺς, ὃν Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος· καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

SUIDAS.

Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασεὺς ῥήτωρ, καὶ * παντοῖος λόγιος, γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ.

* παντοίως, *Portus.*

QVINTILIANVS.

Multa pòſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnaſſeus Dionyſius. *lib.* 3.

Eademque dicant Theodectes ac Theophraſtus, ſimilia poſt eos Halicarnaſſeus Dionyſius. *lib.* 9.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ

Περὶ

ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSII HALICARNASSEI

DE

Structura Orationis

LIBER.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ

[1] Περὶ

ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

ΤΜΗ͂ΜΑ α'.

Ὅτι τὸ συγγραμμάτιον τοῦτο, τὸ περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων, πᾶσι τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἀναγκαῖόν ἐστι.

" [2] ΔΩ͂ΡΟ΄Ν τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι·
Καθάπερ ἡ παρ' Ὁμήρῳ φησὶν Ἑλένη ξενίζουσα τὸν Τηλέμαχον· πρώτην ἡμέραν ἄγοντι ταύτην [3] γενέθλιον, ἀφ' οὗ παραγέγονας εἰς ἀνδρὸς ἡλικίαν, ἡδίστην καὶ τιμιω-

1 Περὶ Συνθέσεως.] Multimodis hanc Inſcriptionem, eodem licet omnes ſenſu, verterunt viri docti. Alii de Verborum Compoſitione: de Collocatione alii: quidam de Structura orationis, interpretantur. Addas ex Cicerone in Orat. de Verborum Conſtructione: *Et ipſa oratio conformanda, non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum.*

Occurrit etiam, ſed rarius, vox Συνθήκη hac ſignificatione. Chryſoſtomus in 4to περὶ Ἱερωσύνης, ubi de Paulo Apoſt. agit: Ἀλλ' ἐξέστω καὶ τῇ λέξει πτωχεύειν, καὶ τὴν Συνθήκην τῶν Ὀνομάτων ἁπλῆν τινα εἶναι καὶ ἀφελῆ. Nec non Lucianus de *Conſcribend. Hiſt.* Καὶ μὴν καὶ συνθήκη τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρηστέον.

Poſt Halicarnaſſeum ſcripſit etiam hac de re Dionyſ. Longinus, præter Sectionem illam in libro περὶ Ὕψους nobis reliquam, duos, ſicuti ipſe teſtatur, libros integros, qui vetuſtate penitus interciderunt. *Dolor ingens*, (verba ſunt Fabri) *damnum ingens, quod hi libri perierint. Longe enim acrius eſt Dionyſii noſtri judicium & exquiſitius multo, quam Dionyſii Halicarn. quod olim fuſe oſtendam ex iis Scriptorum locis, quos uterque examinavit.* Id opus ſcripſerit Faber, necne, haud ſcio: hoc interim certiſſimum habeo,

DIONYSII HALICARNASSEI

DE

Structura Orationis Liber.

SECTIO I.

Hunc Dionyſii de Structura Orationis Commentarium, viris eſſe civilibus in primis utilem.

" HOC *etiam accipies à me, Chariſſime, munus* : (Liceat enim mihi iiſdem affari te verbis, quibus apud Homerum Helena Telemachum affatur hoſpitem) hoc tuo natali die, quem primum jam, ex quo virilem ad ætatem perveniſti, agis, ex omnibus feſtis tam jucundiſſimum mihi, quàm

habeo, omnes omnium ætatum eruditiſſimos homines hunc Dionyſii libellum maximi ſemper feciſſe. Teſtes proferre, otioſi eſt.

Lemma, quod primæ huic Sectioni inſcriptum habes, è meo eſt; reliqua ex ipſis Dionyſii verbis ut plurimum collecta, Editionis ſuæ margini apponenda curaverat Sylburgius.

2 Δῶρον.] Plenius & fortaſſe rectius legemus,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

ut apud Homerum eſt Odyſſ. ὀ, ver. 125. unde hic locus eſt deſumptus. *Sylburgius.*

3 Γενέθλιον.] Natalitii titulo Lucianus ſuum περὶ Μακροβίων libellum Quintillo, ut notat *Lindenbrogius*, & Cenſorinus itidem ſuum de Die Natali Q. Cerellio dedit. Mos vero antiquiſſimus, ut amici invicem & clientes patronis die natali munera mitterent. Exempla paſſim obvia. Epidicus apud Plautum: *Non meminiſti me auream ad te afferre die natali Lunulam, atque anellum aureolum in digitum?* Eſt autem memoriæ lapſus, quod ibi in notis ad Cenſorinum doctiſſimis, Rufum Melitium, Dionyſii filium, Lindenbrogius dicit.

τιμιωτάτην ἑορτῶν ἐμοί. Πλὴν ὅτι χειρῶν δημιούργημα πέμπω σοι τῶν ἐμῶν, [4] ὡς ἐκείνη ἔφη διδοῦσα τῷ μειρακίῳ τὸν πέπλον· ὅτι εἰς γάμου μόνον ὥραν, καὶ γαμετῆς χάριν εὔθετον· ἀλλὰ ποίημα μὲν καὶ γέννημα παιδείας καὶ ψυχῆς τῆς ἐμῆς, [5] κτῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ καὶ χρῆμα πρὸς ἁπάσας ἐν τῷ βίῳ χρείας, ὁπόσαι γίνονται διὰ λόγων, ὠφέλιμον, ἀναγκαιότατον ἁπάντων χρημάτων· [6] εἴ τι δὴ κἀγὼ τυγχάνω τῶν δεόντων φρονῶν· ἅπασι μὲν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς [7] Πολιτικοὺς λόγους, ἐν ᾗ ποτ᾽ ἂν ἡλικίᾳ τε καὶ ἕξει τυγχάνωσιν ὄντες· μάλιστα δὲ τοῖς μειρακίοις τε καὶ νεωστὶ τοῦ μαθήματος ἁπτομένοις [8] ὑμῖν, ὦ [9] Ῥοῦφε Μελίτιε, πατρὸς ἀγαθοῦ, κἀμοὶ τιμιωτάτου φίλων.

Διττῆς

4 Ὡς ἐκείνη.] Operæ pretium erit integrum ex Homero locum ante oculos ponere:

------ Ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρῃος,
Πέπλον ἔχουσ᾽ ἐν χερσὶν, ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζε.
Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι,
Μνῆμ᾽ Ἑλένης χειρῶν, πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην
Σῇ ἀλόχῳ φορέειν.

Amicos autem domum digredientes, pretioſiſſimis ornare muneribus erat olim in uſu.

5 Κτῆμα.] Locum Iſocratis ad Demonicum, uti cenſet Wolfius, in animo noſter habuit. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ, τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις. Cicero Epiſt. ad famil. *Si vales, bene eſt. Sum enim* χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici noſtri. ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.* Lucretius lib. 3.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

6 Εἴ τι δὴ κἀγώ.] Ita Æſchines contra Cteſiph. quem videtur hoc loco imitatus: Εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γινώσκων.

7 Πολιτικούς.] Πολιτικὸς λόγος aut ad forum, aut ad populum pertinet, tribuiturque εἰς δικανικὸν καὶ δημηγορικόν. Sub genere *dicanico* quid ſit, notum eſt. Sub *demegorico* autem longe plura ſunt, eaque grandiora. Complectitur enim illa omnia, de quibus agi ad populum ſoleat. Item Legatorum orationes, Εὐχαριστήρια ob felicem præliorum eventum, Laudationes funebres, ducum & imperatorum alloquia, ſeu adhortationes copiarum, &c. uno verbo πολιτικὸς λόγος opponitur rhetorum ſophiſtarumque μελέταις, quales ſunt declamationes, & illæ

Ora-

quàm honoratiſſimum. Veruntamen hoc, quod ad te mitto munus, neque manuum mearum opus eſt, uti illa dicebat juveni peplum tradens, neque tempori ſolummodo nuptiarum uxoriſque venuſtati conciliandæ accommodatum; ſed ingenii mei eruditioniſque, & fœtus eſt, & fructus: quod in uſum tibi commodumque cedat, ad quævis vitæ munia peragenda, quæ poſſint oratione confici, utiliſſimum; maxime ex omnibus rebus (ſi quid ego demum, quod argumento reſpondeat, animo complector) cùm viris civilibus univerſis, oratoriam exercentibus eloquentiam, neceſſarium, quâcunque fuerint ætate, & profectu; tum in primis tibi adoleſcenti, & ad ſtudia dicendi nuperrime accedenti, ô *Rufe Meliti*, qui patre bono honeſtóque natus es, plurimúmque ex amicis mihi obſervando.

Cum

Orationes, quæ in otio & umbra ſcholarum habentur. Eodem etiam conjicere haud dubitem Panegyricos rhetorum quorundam, qui populi fremitum, ſtrepitum, tumultum ferre non poterant, quod nimiam frontis teneritudinem, nec ſatis firmas aures haberent. Πολιτικὸν λόγον vocare poſſis *virilem & oratoriam eloquentiam*, ut auctor Dialogi *de cauſis corruptæ eloquentiæ*. Sed, inquies, ῥητορικὴν & πολιτικὴν eandem eſſe ſcribit Pollux, & ῥήτορα eſſe πολιτικόν. Fateor, ſi rhetoras pro iis accipiat, qui rempublicam adminiſtrant; ſin aliter, errat. *Faber.*

8 Ὑμῖν, ὦ Ῥοῦφε.] Hæc verba per *communicationem*, ut loquuntur, ſunt accipienda, ac ſi dixerat, καὶ σοὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίοις ἅπασι, τοῖς, &c. Sic Longinus Sect. 12, ubi Terentianum ſuum alloquitur, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε. Id eſt, *Tu & Romani tui.*

9 Ῥοῦφε Μελίτιε.] Quia Rufus Latinum eſt cognomen, haud ſcio, an pro Μελίτιε legendum ſit Μενύκιε, ſeu Μινύκιε. Rufum autem Minuciæ familiæ cognomen fuiſſe, teſtantur in M. Minucii conſulatu Salluſtius, Eutropius, Faſti Siculi. Et hunc librum Romano adoleſcenti fuiſſe inſcriptum, non abſimilis vero eſt conjectura: quemadmodum ſequentium etiam unum Cn. Pompejo; & alium Q. Ælio Tuberoni dedicavit. Infra in fragmento de Atticorum Oratorum Characteribus, meminit quidem hujus libri Περὶ τῆς Συνθέσεως τῶν Ὀνομάτων: ſed ejus, ad quem librum iſtum ſcripſit, nullam mentionem facit. *Sylburg.*

10 Πραγμα-

Διττῆς γὰρ οὔσης ἀσκήσεως περὶ πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ὧν ἡ μὲν, τοῦ [10] Πραγματικοῦ τόπου μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν· ἡ δὲ, [11] τοῦ Λεκτικοῦ· καὶ πάντων ὅσοι τοῦ λέγειν εὖ στοχάζονται, περὶ ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας τοῦ λόγου ταύτας σπουδαζόντων ἐξ ἴσου, ἡ μὲν ἐπὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἐν τούτοις φρόνησιν ἄγουσα ἡμᾶς ἐπιστήμη, βραδεῖά ἐστι καὶ χαλεπὴ νέοις, μᾶλλον δὲ ἀδύνατος εἰς ἀγενείων καὶ μειρακίων πεσεῖν ἡλικίαν. ἀκμαζούσης γὰρ ἤδη [12] συνέσεώς ἐστι, καὶ πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσις ἐστὶν οἰκειοτέρα: πολλὴ μὲν ἱστορία λόγων τε καὶ ἔργων, πολλὴ δὲ πεῖρα καὶ συμφορὰ παθῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων συναυξανομένη. τὸ δὲ περὶ τὰς λέξεις φιλότιμον καὶ φιλόκαλον, καὶ ταῖς νεαραῖς πέφυκος συνανθεῖν οὐχ ἧττον ἡλικίαις. Ἐπτόηται γὰρ ἅπασα νέου ψυχὴ περὶ τὸν τῆς [13] Ἑρμηνείας ὡραϊσμὸν,

ἀλόγους

10 Πραγματικοῦ τόπου.] Τόπου vocabulum in hac ipſa ſignificatione repetitur paulo poſt, ἵνα τὸν λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς. Et Sect. 2, τῶν περὶ τὸν λεκτικὸν τόπον θεωρημάτων. necnon infra multis in locis. Sed Henr. Stephanus Schediaſmatum lib. 2, cap. 14, lectori conſiderandum relinquit, annon τύπου nomen in his locis reponendum ſit. Infra certe in Γαμηλίων Μεθόδῳ ſic legimus 35, 45, πότε μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ χρηστέον τῷ τύπῳ τούτῳ, πότε δὲ καὶ ἐπὶ τέλει. itidemque in Iſocrate 95, 14, τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶν σχημάτων τὰς περιόδους περιλαμβάνειν. Et rurſum in Xenophonte 131, 3, ὁ πραγματικὸς τύπος, καὶ ὁ λεκτικός. In eodem Iſocrate paulo poſt ver. 37, pro eodem τύπου nomine, uſurpat etiam τρόπου vocabulum; cum ait, τὰ ἐν τῷ πρακτικῷ τρόπῳ θεωρήματα: itidemque 114, 31, εἰς τὸν λεκτικὸν τρόπον. Et mox v. 34, κατὰ τὸν πραγματικὸν τρόπον. In Xenophontis & Philiſti comparatione, non modo τύπον, ſed etiam χαρακτῆρα dicit. Cum enim ejus comparationis initio ſcripſiſſet, (130, 40,) καθ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόντε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικὸν, paulo poſt, (131, 3,) τοῦ πραγματικοῦ χαρακτῆρος enarrationem ſic concludit, καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος: et χαρακτῆρος vocabulum rurſum uſurpat v. 12. Quin τὸ εἶδος in ea ſignificatione di-

cit

Cum itaque duplex ſit exercitatio in omnibus, ut ita dicam, orationibus, altera in ſenſis animi, rerumque inventione, altera in vocabulis verſata: illa quidam ad Locum rerum, hæc ad verborum videtur pertinere. Cumque omnes oporteat, qui bene ornatéque dicendi laudem obtinere ſtudent, in utramque pariter orationis diſciplinam incumbere: illa, quæ nos ad res ipſas earumque gerendarum ſolertiam deducit ſcientia, tarda eſt & juventuti perdifficilis, adeóque fieri non poteſt, ut in teneram vix orta adhuc lanugine, & juvenilem ætatem poſſit cadere. Eſt enim rationis ad maturitatem jam perductæ, ætatiſque canis compoſitæ, harum rerum cognitio familiarior; utpote quæ ex multa tam dictorum quàm factorum notitia, ex longo uſu atque experientia tum eorum, quæ nobis, tum quæ aliis bene vel male evenerunt, annis creſcentibus ſimul incrementa ſumat. Sed de verborum elegantia, & nitore ambitioſo, ſtudium videmus ſingulare in ætate etiam puerili effloreſcere. Mens enim fere omnis adoleſcentum, ſtupore quodam imbuta, venuſtatem oratoriam admiratur; incredibili

cit 69, 36: necnon etiam ἰδέα, 130, 11. 146, 22. è quibus locis perſpicuum eſt, non abſurdam eſſe Stephani conjecturam. Sed ne quid diſſimulem, ut quibuſdam in locis τύπου vocabulum videtur magis conſentaneum, ita in quibuſdam magis aptum eſt nomen τόπου: Sicut etiam in altero tractatu de Thucydide ad *Tuberonem*, dicit, τὰ περὶ τὸ πραγματικὸν μέρος ἁμαρτήματα, 146, 20. itemque 153, 4. 159, 28. Edit. Francof. 1586. *Idem.*

11 Τοῦ λεκτικοῦ.] Pro λεκτικοῦ perperam in Aldina editione legi πολιτικοῦ, adnotavit idem Stephanus eodem *Schediaſmatum* capite. Cognoſcitur idem è loco Dionyſii, quem modo citavi ex 130, 40. Ξενοφῶν μὲν γὰρ Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατ' ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν. necnon ex aliis permultis locis. *Idem.*

12 Συνέσεώς ἐστι.] τὸ ἐστὶ videtur abundare: & ſine ullo aut ſenſus aut periodi detrimento poteſt auferri.

13 Ἑρμηνείας.] Demetrius Phalereus eodem etiam ſenſu Ἑρμηνείας vocabulo uſus eſt: alio autem Ariſtoteles, qui λέξιν pro *Elocutione*, ut alii plerique φράσιν utuntur, teſte Fabio lib. 8. ſed & vocem Ἀπαγγελίας infra Sect. 20, hác ſignificatione habet: Οὐχὶ συγκατακεκύλισται τῷ βάρει

ἀλόγους τινὰς καὶ ὥσπερ ἐνθουσιώδεις ἐπὶ τοῦτον λαμβάνουσα ὁρμάς· οἷς πολλῆς πάνυ καὶ ἔμφρονος δεῖ τῆς πρώτης ἐπιστασίας τε καὶ ἀγωγῆς, εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν ὅ,
„τι κεν [14] ἐπ' ἀκαιρείμαν [15] γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ
„λέγειν, μηδὲ εἰκῇ συνθήσειν τὰ προστυχόντα ἀλλήλοις, ἀλλὰ ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ γενναίων ὀνομάτων, καὶ συνθέσει ταῦτα κοσμήσειν μεμιγμένον ἐχούσῃ τῷ σεμνῷ τὸ ἡδύ. Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, ὃ δεῖ [16] πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, συμβάλλομαί σοι μέρος εἰς τὸν ἔρωτα τὸν περὶ Συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, τὴν πραγματείαν οὐκ ὀλίγοις μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσαν, ὅσοι τῶν ἀρχαίων Ῥητορικὰς ἢ καὶ Διαλεκτικὰς συνέγραψαν τέχνας, οὐδενὶ δὲ ἀκριβῶς οὐδὲ ἀποχρώντως μέχρι τοῦ παρόντος ἐξειργασμένην, ὡς ἐγὼ πείθομαι. Ἐὰν δὲ ἐγγένηταί μοι σχολή, καὶ περὶ τῆς [17] Ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων ἑτέραν ἐξοίσω σοι γραφήν, ἵνα τὸν Λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς· ἐκείνην μὲν οὖν τὴν πραγματείαν εἰς νέωτα πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς προσδέχου,

βάρει τῆς πέτρας ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις, μᾶλλον δὲ ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς Ἀπαγγελίας τάχος; Sic in Μεθόδῳ Προσφωνηματικῶν ad finem. Ita & Chryſoſtomus in 4to περὶ Ἱερωσύνης· Καὶ οὐδέν μοι φροντίσεως, οὐδὲ Ἀπαγγελίας μέλει. Unde lectio Ἀπολογίας, margini appoſita nihili eſt, ex ignorantia nata.

14 Ἐπ' ἀκαιρείμαν.] De hoc loquendi genere, ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν. Vide quæ à Petro Victorio adnotata ſunt, Var. Lect. lib. 11, cap. 16. *Sylburg.*

15 *Ibid.*] Verſus eſt, ut videtur, Iambicus idiomate Dorico:

Ἐπ' ἀκαιρείμαν γλῶσσαν ἔπος
ἔλθῃ λέγειν.

Et, *ſcribere quicquid in buccam venerit*, loquendi modus à Cicerone non ſemel uſurpatus; valetque, temere nullo verborum aut ſententiarum habito delectu, ſenſa animi effutire. Ita Iſocrates in Panathen. Ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην, ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσι. Plato auctorem videtur indicare Æſchylum: Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον ἔφη ἐροῦμεν, ὅ, τι νῦν ἦλθε ἐπὶ στόμα. At locus in his, quæ ſuperſunt Æſchyli fabulæ, non apparet. Eſt autem in *Eumenibus* quidam non adeo diſſimilis:

—στέργω

dibili pene entheoque impetu ad eam delata. Quibus ſane moderandis, multa admodum prudentique opus eſt inſti-
" tutione & cura; ſi modo hoc ſibi habeant propoſitum,
" ut quicquid in buccam venerit, id ſermone non effutiant intempeſtivo, nec quævis temere oblata coagmentent vocabula: ſed ut verborum, quæ pura ſint & generoſa, delectu utantur, eaque tali illuſtrent compoſitione, quæ gravitati conjunctam habeat ſuavitatem. Ad hanc itaque partem, quæ prima juventuti eſt exercenda, hoſce tibi labores meos confero; ut amor inde tuus ad hæc ſtudia pulcre orationis componendæ excitetur: opus, quod non paucis quidem ex veteribus dicendi magiſtris in mentem venit, qui Rhetoricas artes vel Dialecticas conſcripſerunt: ſed à nemine, uti ipſe arbitror, eâ qua decuit cura ac diligentia, ne quidem mediocri, ad hanc uſque diem pertractatum. Quod ſi mihi otium contigerit, alium inſuper tibi adferam de *verborum delectu* libellum, ut Locum de elocutione plene habeas perfecteque conſcriptum. Illud utique opus anno proximo, natalibus iterum tuis expectes, Diis ab omni me periculo incolumem morbiſque

—— ϛέργω δ' ὄμματα πείθας,
ᵇὍτι μοι γλῶσσαν καὶ ϛόμ' ἐπωπᾶ
Πρὸς τὰς δ' ἀγείως ἀπανηναμυθίας.

Ita Lucianus de Conſcrib. Hiſt. p. 624, Edit. Græv. Ἀναπλάττοντες ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν φασιν ἔλθῃ.

16 Συμβάλλομαί σοι μέρος.] Nihil dubito, quin hæc vox *μέρος* à mala manu ſit; cum ad rem parum attineat, & bis vitioſe occurrat repetita. Πραγματείαν autem Victorius per *Inſtitutam ſcriptionem* explicat. Cicero in Orat. *Illud autem eſt hujus inſtitutæ Scriptionis, ac temporis.* Opus itidem ſuum Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας eo nomine ſæpius appellat Dionyſius; non longe ab initio Hiſt. ὅτε πρὸς αὐτὴν ὥρμησα τὴν πραγματείαν. ita & Joſephus, Dionyſii imitator, contra Apionem; πάσης μοι τῆς πραγματείας (de Bello Judaico) ἐν παρασκευῇ γεγενημένης.

17 Ἐκλογῆς.] Num ſcripſerit Dionyſius hunc librum, quem *Rufo Melitio*, non *Echecrati*, ut ait Gerh. Voſſius memoriæ errore, promittit, plane ſub ancipiti hæret.

δέχε, θεῶν ἡμᾶς φυλαττόντων ἀσινεῖς τε καὶ ἀνόσους· εἰ δή ποτε ἡμῖν ἄρα τοῦτο πέπρωται βεβαίως τυχεῖν. νυνὶ δ' ἣν τὸ δαιμόνιον ἐπὶ νοῦν ἤγαγέ μοι πραγματείαν προσδέχου.

Τῆς πραγματείας ταύτης τὰ κεφάλαια.

Κεφάλαια δὲ αὐτῆς ἐστιν, ἃ πρόκειταί μοι δεῖξαι, ταῦτα· Τίς τέ ἐστιν ἡ τῆς συνθέσεως φύσις, καὶ τίνα ἰσχὺν ἔχει, καὶ τίνων στοχάζεται, καὶ πῶς αὐτῶν τυγχάνει, καὶ τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς εἰσι διαφοραί, καὶ τίς ἑκάστης χαρακτὴρ, καὶ ποίαν κρατίστην αὐτῶν πείθομαι. Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εὔγλωσσον καὶ μελιχρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς, ὃ πέφυκε τῇ συνθέσει τῆς πεζῆς λέξεως παρακολουθεῖν, ποιητικῆς τε 18 κατασκευῆς τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει κατορθούσης αὐτῷ τὸ κράτος· καὶ διὰ ποίας ἂν ἐπιτηδεύσεως γένοιτο ἑκάτερον αὐτῶν. Τοιαυτὶ μὲν δή τινά ἐστιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ὑπὲρ ὧν μέλλω λέγειν.

18 Κατασκευῆς.] Locus difficilior, quantum equidem video. Neque enim liquido conſtat à quo nomine Genitivus κατασκευῆς dependeat. At mihi hæc Interpretatio videtur optima: Καί τί ποτ' ἐστὶ τὸ κράτος ποιητικῆς κατασκευῆς, τὸν ἀποίητον ἐκμι-

ΤΜΗ͂ΜΑ β'.

Συνθέσεως ὁρισμὸς, καὶ μέρη, καὶ τὸ ἔργον.

1 Ἡ Σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων· ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. ταῦτα δὲ Θεοδέκ-

1 Ἡ Σύνθεσις.] Nota hic ellipſin conjunctionis δὲ, vel conſimilis: ut infra Sect. 12, Οὐχ ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη, &c. & Sect. 16, Πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν: necnon alibi. In ſequentibus

que immunem conſervantibus; ſi modo nobis, id certo ut aſſequamur, à Parcis ordinatum eſt. Nunc vero, quam Deus componendam mihi in mentem attulit, hanc inſtitutam ſcriptionem accipe.

Hujus libelli quæ ſint capita.

Hujus vero libelli capita, quæ mihi ſuſcepi demonſtranda, ſunt hæc: Quænam ſit nempe compoſitionis natura, quam vim poteſtatemque habeat, quem finem ſibi propoſitum, & quibus eum modis conſequatur: quæ deinde generaliſſimæ ipſius ſint differentiæ, quæ nota etiam uniuſcujuſque & character, earumque qualem ego judicem præſtantiſſimam. Præterea quid illud tandem ſit poeticum, illa ſuavitas, auriumque oblectatio, quæ comitari ſoleat ornatam ſolutæ orationis compoſitionem; quantum etiam robur, quanta vis poetici ſit apparatus, nudum ſimplicemque imitantis ſermonem, ſi modo felici ſucceſſu facta ſit imitatio: quibus denique ſtudiis inſtitutiſque eorum ſit utrumque aſſequendum. Hæc itaque ſunt, ut ea ſummatim comprehendam, de quibus dicendum eſt.

ἐκμιμυμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει αὐτῇ κατορθέσης. Nam pro αὐτῷ, αὐτῇ legendum cenſeo, & κατορθέσης abſolute debere accipi. Vide Sectionem ultimam.

Sectio II.

Compoſitionis definitio, partes, atque opus.

Compoſitio, ſicuti nomen ipſum indicat, eſt quædam orationis partium inter ſe mutua poſitio; quas dictionis etiam elementa nonnulli vocant. Hæc autem Theodectes

tibus vero Aldina Editio conjunctim ſcribit παράλληλα. Henricus Stephanus Schediaſmatum lib. 2, c. 14, mavult παράλληλος: quanquam paulo poſt itidem ſequitur οἰκείως θεῖναι τὰ ὀνόματα παρ' ἄλληλα: et infra Sect. 23, ἡ τῶν κώλων συμμέτρεια πρὸς ἄλληλα. Sed Stephano patrocinatur quod infra in Iſocrate eſt, 94, 46: τῶν φωνηέντων τὰς παραλλήλυς θέσεις. *Sylburg.*

Θεοδέκτης μὲν καὶ [2] Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον, Ὀνόματα, καὶ Ῥήματα, καὶ Συνδέσμους, πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα [3] οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες, ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν Συνδέσμων τὰ Ἄρθρα. εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ Προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν [4] Ὀνοματικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. ἕτεροι δὲ καὶ τὰς Ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. οἱ δὲ καὶ τὰ Ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς Προθέσεις ἀπὸ τῶν Συνδέσμων, καὶ τὰς Μετοχὰς ἀπὸ τῶν Προσηγορικῶν. οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν. ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος. Πλὴν ἥγε τῶν πρώτων, εἴτε τριῶν ἢ τεττάρων, εἴθ' ὅσων δή ποτε ὄντων μερῶν πλοκὴ καὶ παράθεσις, τὰ λεγόμενα ποιεῖ κῶλα. ἔπειθ' ἡ τούτων ἁρμονία, τὰς καλουμένας συμπληροῖ περιόδους. αὗται δὲ, τὸν σύμπαντα τελειοῦσι λόγον.

[5] Ἔστι

Ibid. Ἡ Σύνθεσις.] Collocatio, quam alio vocabulo, ut & Longinus, Ἁρμονίαν vocat, à Scaligero definitur, *Aptus ordo partium inter ſe cohærentium.* Partes autem ſunt, Elementa, Syllabæ, Voces. Hac de re fuſiſſime agit Cicero in Orat. perf. ubi partes ejus tres eſſe tradit, Compoſitionem, Concinnitatem, & Numerum.

2 Ταῦτα δ.] Hunc locum ad verbum pene deſcripſit Fabius cap. 4, lib. 1: *Veteres, quorum fuerunt Ariſtoteles quoque atque Theodectes, verba modò & nomina & convinctiones tradiderunt; videlicet quod in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam, (quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur) in convinctionibus autem complexum eorum eſſe judicaverunt, quas conjunctiones à pleriſque dici ſcio, ſed hæc videtur ex* συνδέσμῳ *magis propria tranſlatio. Paulatim à philoſophis, ac maxime Stoicis auctus eſt numerus: ac primum convinctionibus articuli adjecti; poſt præpoſitiones; nominibus appellatio; deinde pronomen; deinde mixtum verbo participium; ipſis verbis adverbia.*

dectes atque Ariſtoteles, & qui temporibus illis philoſophiæ operam dabant, ad tria produxere; Nomina, Verba, & Conjunctiones, quas primas orationis fecerunt partes. Hos vero qui ſubſecuti ſunt, præcipuéque Stoicæ ſectæ principes, ad quatuor uſque promoverunt, à Conjunctionibus Articulis ſeparatis. & qui deinceps eos exceperunt, nomina ab Appellativis reſecantes, quinque primas prodiderunt partes. Alii Pronominibus à Nominibus ſejunctis, ſextum & hoc orationis fecerunt elementum. Adverbia alii à Verbis, & Præpoſitiones à Conjunctionibus, & Participia ab Appellativis diviſere: alii alias præterea diſtinctiones introduxerunt, multaque inde orationis prima poſuerunt elementa; de quibus longa ſane eſſet oratio inſtituta. Hæ vero primæ partes, ſeu tres, ſeu quatuor, ſive quo alio fuerint numero, ſibi ipſis connexæ, ac compoſitæ efficiunt illa, quæ in oratione dicuntur membra: quorum rurſus junctura illos Orbes, quæ Periodi vocantur, conſtituit; ex quibus abſoluta omnis perficitur oratio.

Eſt

3 Οἱ τῆς Στοϊκῆς.] De verbis, eorumque ſignificatione atque origine inquirenda multum laboris inſumebant Stoici. Cicero in Offic. *Audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt, unde verba ſint ducta.* Et in Orat. *Architectos pene verborum*, vocat. Noſter etiam Sect. 4, Εἰδὼς τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένους.

4 Ὀνοματικῶν.] Malet forſan aliquis ὀνομαστικῶν, ſed ὀνοματικῶν vocabulum in hac ipſa ſignificatione uſurpatum eſt infra Sect. 12, Χρὴ δὲ καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνοματικῶν ταχὺ μεταλαμβάνειν: & alibi. ὀνοματικὰ vero hîc vocat nomina ſubſtantiva, ſeu quæ à nominibus ſunt declinata; ut infra, Sect. 22, Πάλιν τῷ κλυτὰν προσηγορικῷ τὸ Πέμπετε ῥηματικὸν ἐπικείμενον. Imperativum Πέμπετε à verbo πέμπω deflexum, vocat ῥηματικόν. Infra Sect. 5, Ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ἠξίουν τὰ μὲν ὀνοματικὰ προτάττειν τῶν ἐπιθέτων· τὰ δὲ προσηγορικὰ τῶν ὀνοματικῶν. Ὀνοματικὰ vocat nomina ſubſtantiva, & quæ illorum vice funguntur. Nec multum abſimiliter, Sect. 12, Χρὴ δὲ καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνοματικῶν. *Sylburg.*

5 Ἐστ

[5] Ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως ἔργα, οἰκείως θεῖναί τε τὰ ὀνόματα παρ' ἄλληλα, καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν, καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν αὐτὸν ὅλον τὸν λόγον. Δευτέρα δὲ οὖσα μοῖρα, τῶν περὶ τὸν [6] Λεκτικὸν τόπον θεωρημάτων κατανοοῦντι τὴν τάξιν· ἡγεῖται γὰρ ἡ τῶν ὀνομάτων Ἐκλογὴ, καὶ προϋφίσταται ταύτης κατὰ φύσιν· ἡδονὴν καὶ πειθὼ καὶ κράτος ἐν λόγοις οὐκ ὀλίγῳ κρείττω ἐκείνης ἔχει. Καὶ μηδεὶς ἡγήσηται παράδοξον, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν Ἐκλογὴν, ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ Σύνθεσις δευτέραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει, καὶ λόγων οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, τῶν ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει καὶ δύναμιν, ὥστε [7] περιεῖναι πάντων τῶν ἐκείνης ἔργων καὶ κρατεῖν· ἐνθυμούμενος ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι διαφόρους ὕλας λαμβάνουσαι, συμφορητὸν ἐκ τούτων ποιοῦσι τὸ τέλος, ὡς Οἰκοδομική τε καὶ Τεκτονικὴ, καὶ Ποικιλτικὴ, καὶ ὅσαι ταῖς τοιαύταις εἰσὶν ὁμογενεῖς, [8] αἱ συνθετικαὶ δυνάμεις, τῇ μὲν τάξει δεύτεραι τῶν ἐκλεκτικῶν εἰσι, τῇ δὲ δυάνμει πρότεραι. ὥστ' εἰ καὶ τῷ λόγῳ τὸ αὐτὸ συμβέβηκεν, οὐκ ἄτοπον ἡγητέον. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πίστεις παρασχεῖν τοῦ προκειμένου, μή τι δόξωμεν ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν τῶν ἀμφισβήτησιν ἐχόντων λόγων.

ΤΜΗ͂ΜΑ

5 Ἔστι δὴ τῆς.] Cicero de Orat. lib. 3, cap. 43, *Collocationis eſt componere, & ſtruere verba ſic, ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus, & levis:* & quæ ſequuntur.

6 Λεκτικὸν τόπον.] De τόπου nomine dictum ſuperius, Sect. 1, Not. 10. *Sylburg.*

7 Περι-

Eſt autem collocationis, aptiſſime inter ſe verba componere, propriam membris tribuere harmoniam, ſuiſque adeo periodis totam orationem diſtinguere. Et quanquam hæc ſit pars poſterior, ſi præceptionum, quæ ad Locum elocutionis pertinent, ordinem conſideres: (præit enim Verborum delectus, ac illius eſt naturâ fundamentum) voluptatem tamen, & ſuadam, & vim in dicendo, delectu longe præſtantiorem obtinet. Nec vero id cuiquam mirum videatur, ſi, cum de vocabulis ſeligendis multa fuerint tradita & gravia præcepta, qua de re tam philoſophi quàm rhetores ſcripſerunt plurima; Compoſitio locum ordine poſteriorem ſortita, nec pares illi (multum enim abeſt) conſecuta ſermones, tantam vim tamen poteſtatemque habeat, ut omnia illius opera immane quantum ſuperet & vincat: ſecum modo conſideret, quod & in aliis artibus, quæ diverſam multiplicemque materiem recipiunt, & collatum inde finem conſtituunt, (veluti domuum ſtruendarum & ars fabrilis, & illa acu pingendi, ac ſi quæ aliæ ſunt ejuſmodi) facultates componendi ordine poſteriores ſint iis, quæ in delectu conſiſtunt, virtute vero priores. id quod orationi ſi contigerit, minime abſurdum eſt putandum. Nihil vero impedit, quo minus fidem propoſitæ rei adſtruamus: ne temere quicquam, quod ambiguum ſit, pro manifeſto ſumere videamur.

SECTIO

7 Πρειῶναι.] Quo ſenſu Homerus ſæpiſſime. Iliad. ά, ver. 258.

Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

8 Ἁι συνθετικαί.] Articulus αἱ πλεονάζει, perſpicuitatis gratia: nam ſuperius dixerat, αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν.

1 Ἀγωνιστά-

ΤΜΗ͂ΜΑ γ΄.

Λέξεως γένη· καὶ ποία ἡ τῆς συνθέσεως δύναμις.

Ἔστι τοίνυν πᾶσα λέξις, ᾗ σημαίνομεν τὰς νοήσεις, ἡ μὲν ἔμμετρος· ἡ δὲ, ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα, καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα, καλὸν οἵα τ' ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον καὶ τὸν λόγον· [1] ἀνεπιστάτως δὲ καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτομένη, προσαπόλλυσι καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον. [2] Πολλοὶ γοῦν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες, λέξεις πάνυ καλὰς καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμελῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς περιθέντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυσαν ἐκείνου τοῦ πόνου. ἕτεροι δὲ, εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δὲ αὐτὰ ἡδέως καὶ περιττῶς, πολλὴν τὴν [3] Ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν. Καὶ σχεδὸν ἀνάλογόν τι πεπονθέναι δόξειεν ἂν ἡ σύνθεσις πρὸς τὴν ἐκλογὴν, ὃ πάσχει τὰ ὀνόματα πρὸς τὰ νοήματα. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον ἀποδώσει [4] καλῆς ὀνομασίας, οὕτω κἀνταῦθ' οὐδέν ἐστι προὔργου λέξιν εὑρεῖν καθαρὰν καὶ καλλιρρήμονα, εἰ μὴ καὶ κόσμον αὐτῇ τὸν ἁρμονίας τὸν προσήκοντα περιθήσει. [5] Ἵνα

1 Ἀνεπιστάτως.] Suidas, ἄνευ ἐπιστασίας. cujus hoc profert exemplum, tacito authore: Οὐκ ἄξιον ἀνεπιστάτως παραδραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων.

2 Πολλοὶ γοῦν.] Hunc locum, ut notat Tollius, tantum non αὐτολεξεὶ deſcripſit Longinus Sect. 39: Ἀλλὰ μὴν, ὅτι τε πολλοὶ καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν, οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις, ὅμως κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὐδὲν ἐπαγομένοις περιττὸν, ὡς τὰ πολλὰ συγχρώμενοι, διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως ὄγκον καὶ διάστημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλοντο, (καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Φίλιστος, Ἀριστοφάνης τε ἔν τισιν, ἐν δὲ τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης) ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται.

3 Ἀφροδί-

Sectio III.

Dictionis genera: & quæ compoſitionis poteſtas.

EST igitur omnis dictio, qua ſenſa animi ſignificamus, aut numeris ligata, aut ſoluta & proſaica: quarum utraque, ſi pulcram fuerit conſecuta juncturam, fieri nequit, quin pulcrum etiam efficiat & carmen & orationem. Quod ſi nullo adhibito ſtudio temere projiciatur, etiam ea quæ animo præclare ſunt cogitata, corrumpit. Multi ſane poetæ, multi rerum ſcriptores, philoſophi item & rhetores, cum verba ſummo ſtudio & pulcra, & argumento accommoda ſelegiſſent, temerariam vero & inſulſam iis compoſitionem adjungerent, nullam prorſus ex tanto labore frugem percepere. Alii autem, cum vocabula uſurparent abjecta & humilia, collocatione tamen ea adornarent jucunda & eleganti, multam Venerem ſuæ impoſuerunt orationi. Et quidem eandem fere rationem videtur habere Collocatio cum Delectu, quam habent verba ipſa cum rebus cogitatis. Nulla enim ſicuti eſt utilitas præclaræ cogitationis, niſi locutionis etiam pulcræ addideris ornamentum; ita hac in re parum intereſt, pura excogitare & venuſta vocabula, niſi aptus iis compoſitionis ornatus imponatur. Sed

3 Ἀφροδίτην.] Lucianus ad finem Scythæ: Τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεάνισκος ἔχει. Eſt autem Tranſlatio non invenuſta. Sic Horat. in Arte, *Ordinis hæc virtus erit, & Venus.* qua uſus eſt figura Halicarn. in Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος: Oratio ibi Demoſthenis ob ſecretam numerorum ſuavitatem, Sirenibus ab Æſchine comparatur: ὥστε καὶ τῶν φανερῶν αὐτὸν ἀδικημάτων ἀφεῖναι διὰ τὰς Σειρῆνας τὰς ἐπὶ τῆς ἁρμονίας. Hæc autem tranſlata, ait Cicero, tanquam ſtellæ quædam notant, & illuminant orationem.

4 Ἀποδώσει.] In vulgatis exemplaribus legitur ἀποδώσῃ: itidemque paulo poſt περιθήσῃ: duplici errore, etymologico & ſyntactico. Tu ſi indicativi modi verba nolis, optative legere poteris, ἀποδώῃ & περιθείη. Sequenti etiam verſu perperam in iiſdem exemplaribus nominandi caſu ſcriptum περίεργον. *Sylburg.*

 5 Φασίν.]

Ἵνα δὲ μὴ δόξω, [5] φασὶν, ἀναπόδεικτα λέγειν, ὅς γ' ἂν ἐπείσθην κρεῖττον εἶναι καὶ τελειότερον ἄσκημα τῆς Ἐκλογῆς τὴν Σύνθεσιν, ἔργῳ πειράσομαι δεικνύναι, ἐμμέτρων τε καὶ πεζῶν λόγων ἀπαρχὰς ὀλίγας προχειρισάμενος. λαμβανέσθω δὲ ποιητῶν μὲν Ὅμηρος· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος. ἀπόχρη γὰρ ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι. Ἔστι δὴ παρ' Ὁμήρῳ μὲν ὁ παρὰ τῷ Συβώτῃ καταγόμενος Ὀδυσσεὺς, περὶ τὴν ἑωθινὴν ὥραν [6] ἀκρατίζεσθαι μέλλων, ὡς τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν· ἔπειτα ὁ Τηλέμαχος αὐτοῖς ἐπιφαινόμενος ἐκ τῆς εἰς Πελοπόννησον ἀποδημίας. [7] Πραγμάτια λιτὰ καὶ βιωτικὰ ἡρμηνευμένα ὑπέρευ. πῶς δέ ἐστιν ἡ τῆς ἑρμηνείας ἀρετὴ, τὰ ποιήματα δηλώσει παρατεθέντα αὐτά.

[8] Τὼ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃς, Ὀδυσεὺς καὶ [9] δῖος ὑφορβὸς,
Ἐντύνοντο ἄριστον ἅμ' ἠοῖ, κειαμένω πῦρ,
Ἔκπεμψάν τε νομῆας ἅμ' ἀγρομένοισι σύεσσι.
Τηλέμαχον δὲ περίσσαινον κύνες ὑλακόμωροι,
Οὐδ' ὕλαον προσιόντα. νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς
Σαίνοντάς τε κύνας, [10] ὑπὸ δὲ κτύπος ἦλθε ποδοῖιν.
Αἶψα δ' ἄρ' Εὔμαιον [11] προσεφώνεεν, ἐγγὺς ἐόντα·

Εὔ

5 Φασίν.] Wolfius pro φασὶν, legit ὥς φασιν. *Idem.*

6 Ἀκρατίζεσθ.] Ἀκρατίζω, ait Suidas, idem eſt atque ἄκρατον πίνω, & ἀκρατισμὸς, τὸ πρώϊνον ἔμβρωμα: Quod tempore matutino panem mero imbutum, ad vires corroborandas ſolebant ſumere. Theocriti quoque Scholiaſtes annotat, ἀκρατισμὸν eſſe, quum πρωΐας ἔτι οὔσης ὀλίγον τινὰ ἐσθίομεν ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον πίνομεν, ut pares oneri ferendo ſimus. Idyll. 1. πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξοι.

7 Πραγμάτια.] Horat. in Arte,

Tantum ſeries, juncturaque pollet,
Tantum de medio ſumptis accedit honoris.

Eſt ſane in tenui labor, at, quæ inde provenit, ſi curam feliciter adhibueris, non tenuis eſt gloria.

8 Τὼ δ' αὖτ'.] Ita Virgilius pari cum elegantia & jucunditate, agricolarum opera, per ſe & tenuia & pene immunda, feliciter admodum pertractavit.

Sed

Sed ne cuiquam, quod ajunt, ea quæ demonſtrari nequeant, videar dicere: quibus rationibus inductus ſim affirmare, præſtantius eſſe & perfectius compoſitionis ſtudium, quam delectûs, re ipſa conabor oſtendere; cum pauca prius tam ex ligata, quàm ſoluta oratione excerpta delibavero. Ex poetis Homerus, ex hiſtoricis aſſumatur Herodotus: nam ex his licebit de cæteris etiam conjecturam facere. Apud Homerum à ſubulco Ulyſſes matutino tempore deducitur jentaturus, ut priſcis erat hominibus in uſu: quibus deinde inopinato ſupervenit Telemachus, ex illa reverſus, quam in Peloponneſum ſuſceperat, peregrinatione. Res perquam tenues, & quæ ad vitam communem pertinent, ſed egregie admodum enarratæ. In quo autem ſit hæc virtus elocutionis ſita, verſus propoſiti indicabunt.

Jam vero in ſtabulis, ad lumina prima, ſubulcus
Et Laertiades, cœnam accenſo igne parabant;
Compulſaſque ſues tecto eduxere magiſtri.
Telemachum ecce canes agnoſcunt murmure læto,
Nec dominum allatrant venientem: advertit Ulyſſes
Lætitiam; creberque pedum ſonus attigit aures.
Protinus adſtantique Eumæo talia fatur.

Eumæe

Sed tamen alternis facilis labor; arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola; neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros.
Sic quoque mutatis requieſcunt fœtibus arva:
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

9 Δῖος.] In vulgatis Homeri Editionibus pro δῖος legitur θεῖος. Ex eiſdem ſequenti verſu pro vulgato ἐντύνοντες repoſui ἐντύνοντο. Extat vero hic locus Odyſſ. π. *Sylburg.*

10 Ὑπὸ δὲ κτύπος.] In vulgat. Homeri Editionibus pro ὑπὸ δὲ legitur περί τε. Sed Dionyſiana lectio melius congruit cum his quæ mox ſequuntur, ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω. *Idem.*

11 Προσεφώνεεν.] Hemiſtichium iſtud, προσεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα, in vulgatis Homeri Editionibus ſic legitur, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα: verbis tantum mutatis, non ſententia. Sic ver. 14, in eiſdem exigua mutatione ſcriptum, ἀντίον ἤλυθ' ἄνακτος. *Idem.*

Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος,
Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος, ἐπεὶ κύνες οὐχ ὑλάουσιν,
Ἀλλὰ περισσαίνουσι· ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω.
Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτε οἱ φίλος υἱὸς
Ἔστη ἐνὶ προθύροισι. ταφὼν δ' ἀνόρουσε συβώτης·
Ἐκ δ' ἄρα οἱ χειρῶν πέσεν ἄγγεα, τοῖς ἐπονεῖτο
Κιρνὰς αἴθοπα οἶνον· ὁ δ' ἀντίος ἦλθεν ἄνακτος·
Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας· θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Ταῦθ' ὅτι μὲν ἐπάγεται καὶ κηλεῖ τὰς ἀκοὰς, ποιημάτων τε καὶ τῶν πάνυ ἡδίστων οὐδενὸς ἧττον μοῖραν ἔχει, πάντες ἂν οἶδ' ὅτι μαρτυρήσειαν. Ποῦ δὴ αὐτῶν ἐστιν ἡ πειθὼ, καὶ διὰ τί τοιαῦτά ἐστι; πότερον διὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἢ διὰ τὴν σύνθεσιν; οὐδεὶς ἂν εἴποι διὰ τὴν ἐκλογὴν, ὡς ἐγὼ πείθομαι. Διὰ γὰρ τῶν εὐτελεστάτων τε καὶ ταπεινοτάτων ὀνομάτων πέπλεκται πᾶσα ἡ λέξις, οἷς ἂν καὶ γεωργὸς, καὶ θαλαττουργὸς, καὶ χειροτέχνης, καὶ πᾶς ὁ μηδεμίαν [12] ὥραν τοῦ λέγειν εὖ ποιούμενος, ἐξ ἑτοίμου λαβὼν ἐχρήσατο. Λυθέντος γοῦν τοῦ μέτρου, φαῦλα φανήσεται τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ [13] ἄζηλα. οὔτε γὰρ [14] μεταφοραί τινες ἐν αὐτοῖς εὐγενεῖς ἔνεισιν, οὔτε ὑπαλλαγαὶ, οὔτε καταχρήσεις, οὔτε ἄλλη [15] τροπικὴ διάλεκτος οὐδεμία, οὐδὲ δὴ γλῶτται πολλαί τινες, οὔτε ξένα ἢ πεποιημένα ὀνόματα. τί οὖν λείπεται, μὴ οὐχὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κάλλους τῆς ἑρμηνείας αἰτιᾶσθαι; Τοιαῦτ' ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ μυρία, ὡς εὖ οἶδ' ὅτι πάντες ἴσασιν. ἐμοὶ δὲ ὑπομνήσεως ἕνεκα λέγοντι ἀρκεῖ ταῦτα μόνα εἰρῆσθαι.

Φέρε

12 Ὥραν.] Rectius exili ſpiritu ὤραν hic ſcribemus: ut Ammonius docet his verbis: Ὥρα δασέως, τοῦ ἔτους, καὶ τῆς ἡμέρας· ψιλῶς δὲ, ἡ φροντίς. *Idem.*

13 Ἄζηλα.] Heſychius, ἄτιμα, καὶ ἀμίμητα.

14 Μεταφοραί.] Locum Ariſtotelis in Poetic. cap. 21, videtur reſpexiſſe. Ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν, ἢ κύριον, ἢ γλῶττα, ἢ μεταφορὰ,

ταφορ.

Eumæe, huc aliquis nobis adventat amicus,
Aut tibi quis notus: latratibus abſtinet acer
Alluditque canis: plantarumque audio motus.
Nondum finierat; cum jam ſibi filius adſtat
Veſtibulo. Surgit paſtor ſtupefactus, & amens;
Et patera excuſſa eſt manibus, quâ munera Bacchi
Miſcuerat; regi properans ipſe obvius ibat.
Et capiti, atque oculis crebra oſcula figit, utriſque
Et manibus; lacrymæque genis cecidere profuſæ.

Hæc vero noſtras aures delinire carmina, & ſumma perfundere voluptate; hæc verſibus etiam ſuaviſſimis nihil cedere, omnes, ſat ſcio, confitebuntur. In quo autem ſita eſt horum tam jucunda ſuavitas & delectatio? aut quam tandem ob rem hujuſmodi ſunt facta? ob verborum delectum, an eorundem potius ob ſtructuram? propter delectum nemo, ut arbitror, dicturus eſt. Tota ſiquidem oratio, ex viliſſimis compoſita humillimiſque conſtat vocabulis: quibus utique vel agricola, vel nauta, vel opifex, vel alius quilibet, qui nullam omnino bene ornatéque dicendi curam habet, ex promptu aſſumptis uteretur. Nam ſoluta carminis menſura, humiles iidem ipſi videbuntur, nec verſus imitatione digni. Nullæ etenim generoſæ in his occurrunt Tranſlationes, nullæ Immutationes, nullæ Abuſiones, figurata denique locutio nulla; Linguæ pauciſſimæ, ut etiam peregrina, & facta vocabula. Quid igitur reſtat, quo minus ipſi verborum Structuræ hanc elocutionis pulcritudinem adſcribamus? Qualia in eodem poeta occurrunt etiam infinita, quæ nemini poſſunt, pulcre ſcio, eſſe ignota. Mihi vero, ut facilius in memoriam præcepta redigantur, ſcribenti, ſola hæc ſufficiat dixiſſe.

Age

ταφορὰ, ἢ κόσμος, ἢ πεποιημένον, ἢ ἐκτεταμένον, ἢ ὑφῃρημένον, ἢ ἐξηλλαγμένον. Quem conſule: exemplis ibi illuſtrantur omnia.

15 Τερπνική.] Quamvis Dionyſius τερπνικὴν λέξιν opponat ſæpius τῇ κυρίᾳ, & in Lyſia dicat etiam διὰ τῶν κυρίων καὶ μὴ τερπνικῶν κατασκευῶν ἐκφέρειν τὰ ὀνόματα: hoc tamen loco, ut Stephanus annotat, τὰ τερπνικὰ ulterius ab eo quam uſque ad metaphorica extenduntur.

16 Καν-

Φέρε δὴ μεταβῶμεν καὶ ἐπὶ τὴν πεζὴν διάλεκτον, καὶ σκοπῶμεν εἰ κἀκείνη τὸ αὐτὸ συμβέβηκε πάθος· ὥστε περὶ μικρὰ καὶ φαῦλα πράγματά τε καὶ ὀνόματα συνταχθέντα καλῶς, μεγάλας γίνεσθαι τὰς χάριτας. Ἔστι δὴ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ βασιλεὺς τις Λυδῶν, ὃν ἐκεῖνος [16] Κανδαύλην [καλεῖ, Μυρσίλον δὲ καλεῖσθαι] φησὶν ὑφ᾽ Ἑλλήνων, τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, ἔπειτα ἀξιῶν τινα τῶν ἑταίρων αὐτοῦ γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν· ὁ δὲ, ἀπομαχόμενος μὴ ἀναγκασθῆναι· [17] ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ὑπομένων τε καὶ θεώμενος αὐτὴν ἦν. Τὸ δὲ πρᾶγμα οὐχ ὅτι σεμνὸν ἢ καλλιλογεῖσθαι ἐπιτήδειον, ἀλλὰ καὶ ταπεινὸν καὶ ἐπικίνδυνον, καὶ τοῦ αἰσχροῦ μᾶλλον ἢ τοῦ καλοῦ ἐγγυτέρω· ἀλλ᾽ εἴρηται σφόδρα δεξιῶς, καὶ κρεῖττον γέγονεν ἀκουσθῆναι λεγόμενον, ἢ ὀφθῆναι γινόμενον. Ἵνα δὲ μή τις ὑπολάβῃ τὴν διάλεκτον εἶναι τῆς ἡδονῆς αἰτίαν τῇ λέξει, μεταθεὶς αὐτῆς τὸν χαρακτῆρα εἰς τὴν Ἀτθίδα γλῶτταν, καὶ οὐδὲν ἄλλο περιεργασάμενος, οὕτως ἐξοίσω τὸν διάλογον.

” [18] Γύγη, οὐ γάρ σε δοκῶ πείθεσθαί μοι λέγοντι [τὰ]
” περὶ

16 Κανδαύλην.] Verba ſignis his [ ] incluſa, ad explendam loci ſententiam inſerta ſunt ex Herodoto: cujus lib. 1, pag. 3, (*Edit. Londin.*) hæc verba ſunt, Ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων. Tu ſi variandæ locutionis gratia pro καλεῖ malis ὀνομάζει, non refragabor. *Sylburg.*

17 Ὡς δὲ οὐκ.] Redundare hic videtur particula δὲ. Sed ſi nominativa hæc omnia referantur ad initiale periodi verbum ἔστι, nullus eſt pleonaſmus. *Idem.*

18 Γύγ.] Si locum hunc cum vulgatis Herodoti Editionibus conferas, præter Ioniſmos à Dionyſio data opera ſublatos, invenies alias quoque diverſitates. Primum enim incluſus articulus τὰ ab Editionibus illis abeſt, & viciſſim incluſum nomen μέγα, abeſt à vulgatis Edit. Dionyſii. Deinde pro ὁρᾶν τινα, quædam Herodoti exemplaria habent τινὰ σκοπεύειν: quædam σκοπέειν τινα. Tum pro πασῶν γυναικῶν εἶναι, mutato verborum ordine illic legitur, εἶναι πασέων γυναικῶν. Et mox pro χρῄζειν ibidem ſcriptum

Age itaque, ad ſolutam jam orationem tranſeamus, an ſimiles ei quoque affectus contigerint, quæſituri: ita ut tam ex rebus quàm vocabulis, quæ tenuia ſunt & abjecta, pulcram vero conſecuta orationis Structuram, egregiæ venuſtates oriantur. Eſt igitur apud Herodotum rex quidam Lydiæ, (quem ille Candaulem vocat, Myrſilum vero à Græcis appellatum ſcribit) qui ſuam perdite amabat uxorem; ac quendam deinde ex amicis voluit, nudam mulierem conſpicere. Ille autem primo ne cogeretur, obſiſtebat; ſed regi cum perſuadere non potuit, ſuſtinuit eamque conſpexit. Argumentum ſane, non modo non grande, aut venuſtati ſermonis atque elegantiæ idoneum; verum etiam & humile & periculoſum, quodque turpi propius videtur, quam honeſto: ſed felici explicatur elocutione, ita ut fando jucundius multo ſit auribus noſtris, quàm id ſi oculis ſubjiceretur. Sed ne quis forte dialectum eſſe in cauſa ſuſpicetur, cur adeo ſuavis & jucunda ſit oratio: Ionico charactere in linguam Atticam permutato, nullo inſuper aut fuco aut ornamento addito, ipſum, ut eſt, ſermonem colloquentium proferam.

Gyges, neque enim videris mihi fidem habere referenti de forma conjugis: (quod magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm

tum eſt δέεσθαι. Sic pro ταῦτα ibidem eſt τοιαῦτα. Et mox ibidem poſt ἀπεμάχετο leguntur hæc, quæ à Dionyſii vulgatis exemplaribus abſunt; ἀῤῥωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. Adhæc pro ſequentibus hiſce, ἠμείβετο τοῖσδε, ibidem eſt ἀμείβεται τοιάδε. Præterea ibidem eſt, ὡς σέο πειρώμενον λόγον τόνδε: & in quibuſdam exempl. ὡς σέο πειρώμενος λέγω λόγον τόνδε. Inſuper ibidem pro ἀγαγὼν legitur ἐγώ: & mox θήσω pro στήσω. Ibidem eadem exemplaria pro κοίτην & ἐγγὺς, habent κοιτῶνα & ἀγχοῦ. Et rurſum pro ἐκδύουσα & παρέσται, eadem habent ἐκδύνουσα & παρέξει. Rurſum pro ὅταν & πορεύηται in iiſdem legitur ἐπεὰν & στείχῃ. Et deinde pro compoſito ἀπιόντα, eadem habent ſimplex ἰόντα: & mox cum articulo διὰ τῶν θυρέων. Denique loci clauſula in iiſdem hæc eſt, ἦν ἕτοιμος, facta ſcilicet tranſpoſitione, & omiſſis ultimis hiſce, ποιεῖν ταῦτα. *Idem.*

” περὶ τοῦ εἴδεος [19] τῆς γυναικός· [20] ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώ-
” ποις ὄντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν· ποίει ὅκως ἐκείνην
” θεάσῃ γυμνήν. ὁ δὲ, [μέγα] ἀναβοήσας εἶπεν· Δέσπο-
” τα, τίνα λέγεις λόγον οὐχ ὑγιᾶ, κελεύων με δέσποιναν
” τὴν ἐμὴν θεάσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ
” συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀν-
” θρώποις ἐξεύρηται, ἐξ ὧν μανθάνειν δεῖ· ἐν οἷς ἕν τόδε
” ἐστὶν, ὁρᾷν τινα τὰ ἑαυτοῦ. ἐγὼ δὲ πείθομαι ἐκείνην πα-
” σῶν γυναικῶν εἶναι καλλίστην, καὶ σοῦ δέομαι μὴ χρήζειν
” ἀνόμων.

” Ὁ μὲν δὴ λέγων ταῦτα, ἀπεμάχετο· ὁ δὲ, ἠμεί-
” βετο τοῖσδε· Θάρσει, Γύγη, καὶ μὴ φοβοῦ μήτ᾽ ἐμὲ, ὡς
” πειρώμενός σου λόγον λέγω τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν,
” μή τι σοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. Ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ
” μηχανήσομαι οὕτως, ὥστε μηδὲ μαθεῖν αὐτὴν ὀφθεῖσαν
” ὑπό σου. ἀγαγὼν γάρ σε εἰς τὸ οἴκημα ἐν ᾧ κοιμώμεθα,
” ὄπισθεν τῆς ἀνοιγομένης θύρας στήσω· μετὰ δ᾽ ἐμὲ εἰσελ-
” θόντα παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοίτην. κεῖται δὲ ἐγγὺς
” τῆς εἰσόδου θρόνος· ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων καθ᾽ ἓν ἕκα-
” στον ἐκδῦσα θήσει· καὶ καθ᾽ ἡσυχίαν πολλὴν παρέσται σοι
” θεάσασθαι. Ὅταν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου πορεύηται ἐπὶ τὴν
” εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ, σοὶ μελέτω τὸ ἐντεῦ-
” θεν, ὅπως μή σε ὄψεται ἀπιόντα διὰ θυρῶν. Ὁ μὲν
δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγεῖν, ἕτοιμος ἦν [21] ποιεῖν
ταῦτα.

Οὐκ

19 Τῆς γυναικός.] Quare nomen non poſuit? Herodoti παιδικὰ Pleſirrhous adamabat Nyſſiam, Halicarnaſſeam genere; repulſam paſſus, ſuſpendio vitam finivit. Fuit Reginæ huic nomen Nyſſia; quod ideo ſilentio obſcurare voluit Herodotus. Alii vocant Tudun, alii Clytiam, alii denique Abronen. *Gale.*

20 Ὦτα γάρ.] Horatius in Arte poet.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Sic Polybius, τὰ ὄμματα τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες, hunc locum Herodoti imitatus.

21 Ποιεῖν

quam oculi) fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quemnam, inquit, here, ſermonem profers, haudquaquam ſanum, qui me jubes inſpicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Jam olim hominibus ſunt honeſta excogitata, unde diſcere oportet; ex quibus hoc unum eſt, Quæ ſua ſint, quemque inſpicere debere. Ego vero tibi fidem habeo, illam eſſe fœminarum omnium formoſiſſimam; teque oro, ne illicita à me exigas.

Atque hæc dicendo Gyges repugnabat; Cui viciſſim ille his verbis, Fidens, inquit, eſto Gyges; cave timeas aut me, tanquam hoc te ſermone tentantem; aut uxorem meam, nequid tibi ex ea detrimentum fiat. Principio etenim, ſic ego machinabor, ut illa ne deprehendere quidem poſſit ſe fuiſſe à te inſpectam. Te namque in quo cubamus cubiculo deductum, poſt fores, quum apertæ fuerint, collocabo. Ubi ergo fuero ingreſſus, aderit & uxor mea ut lectum conſcendat: juxta cujus introitum ſella poſita eſt, ſuper quam veſtes illa, ut quamque exuet, reponet, ſeſe per multum otium tibi ſpectandam præbens: quæ quum à ſella cubitum pergat, & ei fueris à tergo, curæ tibi ſit deinceps, ne te per fores abeuntem conſpiciat. Gyges igitur, ubi effugere non potuit, ad ea facienda ſe paratum dedit.

Nemo

21 Ποιεῖν ταῦτα.] Hæ ſunt hujus loci in Herodoti & Dionyſii vulgatis exemplaribus diverſitates, de quibus hoc monendum videtur; quædam vocabula ſtudio à Dionyſio fuiſſe mutata; quippe quæ Ionicæ Dialecti magis ſint propria. Sic enim pro σκοπέυειν, ſeu σκοπέειν, maluit ὁρᾷν: & ἐκδῦσα pro ἐκδύνουσα, itidemque ὅταν & πορεύηται, pro ἐπεὰν & ςείχῃ. forſan etiam κοιτῶνα & ἀγχοῦ, velut Ἰωνικώτερα ſummovit: quanquam ipſe in Rom. Antiquitatum libris, adverbio ἀγχοῦ non infrequenter utitur. Similiter pro Ionico pronomine μὶν poſuit commune αὐτὴν, ὥςε μηδὲ μαθεῖν αὐτὴν ὀφθεῖσαν.

Si vero etiam alterum Ioniſmiorum genus cognoſcere cupias, quod ſcilicet in vocum metaplaſmis ſitum eſt, & ipſum tibi paucis exponam. Eorum metaplaſmorum, ſive ad Orthographiam referantur, ſive ad Etymologiam ſeu Analogiam, alii cernuntur in quantitate, alii in qualitate. Quantitatis Metaplaſmi ſunt in additione & detractione: additione, ut cum Herodotus dicit ἀνθρώποισιν ἐόντα, pro ἀνθρώποις ὄντα. Ad eandem additionem referri poteſt contractorum diſſolutio, ſeu

incon-

Οὐκ ἂν ἔχοι τὶς οὐδὲ ἐνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ σεμνότης τῶν ὀνομάτων εὔμορφον πεποίηκε τὴν φράσιν. ἀνεπιτήδευτα γάρ ἐστι καὶ [22] ἀνήλεκτα, οἷα φύσις τέθεικε σύμβολα τοῖς πράγμασιν. οὐδὲ γὰρ ἥρμοττεν ἴσως κρείττοσι χρήσασθαι ἑτέροις. Ἀνάγκη δή που, ὅταν τοῖς [23] κοινοτάτοις τε καὶ προσεχεστάτοις ὀνόμασιν ἐκφέρηται τὰ νοήματα μηδὲν σεμνότερον εἶναι, ἢ οἷά ἐστιν. ὅτι δὲ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἐστι σεμνὸν, οὐδὲ [24] περιττὸν, ὁ βουλόμενος εἴσεται, μεταθεὶς οὐδὲν ὅτι μὴ τὴν ἁρμονίαν. Πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τούτῳ τῷ ἀνδρὶ τοιαῦτά ἐστιν, ἐξ ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πειθὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ [25] συζυγίᾳ ἦν. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανὰ ταῦτα.

ΤΜΗ͂ΜΑ

incontractorum pro contractis uſurpatio: ut εἴδεος pro εἴδους, itidemque σέο pro σοῦ, ſic ὑγιέα pro ὑγιᾶ: & πασέων pro πασῶν, θυρέων pro θυρῶν. Sic etiam in verbis δοκέω pro δοκῶ, διαφυγέειν pro διαφυγεῖν. contra per detractionem è communi εἰς facit ἐς. Eodem referri poſſunt quæ contra communis linguæ conſuetudinem contrahit, ut ἀμβώσας pro ἀναβοήσας.

Qualitatis metaplaſmos vel in commutatione facit, vel in tranſpoſitione. Commutatio vero aut vocalium eſt, aut conſonantium: vocalium, ut cum θύρης pro θύρας: itidemque θεήσασθαι pro θεάσασθαι. Sic in diphthongis, ἑωυτοῦ pro ἑαυτοῦ: itidemque σεῦ pro σοῦ, & φοβεῦ pro φοβοῦ quanquam in his duobus poſtremis contractio potius ſtatui poteſt, ex σέο & φοβέεο. Conſonantium quoque commutationem facit: ut τοι pro σοι, ὄκως pro ὅπως, quibus addi poteſt, ἐκ τῶν pro ἐξ ὧν, & τῷ pro ᾧ. Tranſpoſitionis Ionicæ exemplum eſt in κιθῶνι. Id enim aſpirationis ſede tranſpoſita, uſurpant Iones pro communis linguæ vocabulo χιτῶνι. Sic ἐνθεῦτεν pro communi ἐντεῦθεν. In quibuſdam duplicatus eſt metaplaſmus, quantitatis ſcilicet & qualitatis, ut τοῖσι pro οἷς. Sic θεήσεαι pro θεάσῃ, quippe in

quibus

Nemo ſane vel hoc etiam loco poteſt dicere, dignitatem verborum gravitatemque, formoſam effeciſſe locutionem. ſunt enim nullo ſtudio, nullo delectu habito, ſumpta; qualia natura impoſuit, ut rebus eſſent ſigna; nec decuit fortaſſe aliis uti præſtantioribus. Nam cum ſenſa animorum propriis cognatiſque exprimuntur vocabulis, nihil his majori cum dignitate efferri poſſe, quodammodo neceſſe eſt. Atqui elatum nil adeſſe, nil vibrantibus pictum ſententiolis, qui voluerit, mutata paululum ſola verborum conſtructione, cognoſcet. Et quidem multa ſunt in Herodoto hujuſmodi loca, ex quibus facere conjecturam cuivis licet, non in verborum pulcritudine, ſed ſtructura, conſtare dicendi ſuavitatem. Sed de his ſatis dictum eſt.

Sectio

quibus præter commutationem facta eſt etiam additio.

Hi metaplaſmi Ionici, ne quid venuſtatis & gratiæ viderentur afferre, (ſicut ſcilicet Fabius Quintilianus lib.9, cap.4, ſcribit, *ipſam διάλεκτον in Herodoto eam habere jucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur*) de induſtria ſunt à Dionyſio ſublati, & Atticiſmi pro illis repoſiti. *Sed locus Herodoti adeundus:* ut clarius utriuſque linguæ proprietates perſpici queant. *Sylburg.*

22 Ἀνήλεκτα.] Pro corrupto ἀνήλεκτα, incertum eſt ſit ne reponendum ἀνέκλεκτα, ἀνέλεγκτα, vel aliud quippiam magis conſentaneum. *Idem.*

23 Κυριωτάτοις.] Alio ſenſu Κύριον ὄνομα, ᾧ χρῶνται ἕκαστοι, cui γλῶττα opponitur. hic vero, *nomina vere rebus impoſita*, ſunt κύρια ὀνόματα, ὅτι δηλοῦν ὅιον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων. ex Cicerone, *verba uſitata*, quæ proprie demonſtrant ea, quæ nobis ſignificanda ſunt.

24 Περιττόν.] Nimia concinnitatis affectatio. Longinus, ὀρεγόμενοι μὲν τοῦ περιττοῦ καὶ πεποιημένου. *Accerſitum* vocat Fabius, & *elaboratum.*

25 Συζυγία ἦν.] Redundat ἦν: neque enim video, cur repetatur.

ΤΜΗ͂ΜΑ δ΄.

Συνθέσεως λύσις λύει καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ κράτος.

Ἵνα δὲ πολὺ μᾶλλον αἴσθηται, ὅσην ἔχει ῥώμην ἡ συνθετικὴ δύναμις ἔν τε ποιήμασι καὶ λόγοις, λήψομαί τινας εὖ ἔχειν δοκούσας λέξεις, ὧν τὰς ἁρμονίας μεταθεὶς, ἀλλοῖα φαίνεσθαι ποιήσω καὶ τὰ μέτρα, καὶ τοὺς λόγους. Λαμβανέσθω δὲ πρῶτον ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ταυτί·

Ἀλλ' ἔχον, ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς,
Ἥτε σταθμὸν ἔχουσα, καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει,
Ἰσάζουσ', ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν [1] ἄρηται.

Τοῦτο τὸ μέτρον ἡρωϊκόν ἐστιν, ἑξάπουν, τέλειον, κατὰ πόδα δάκτυλον βαινόμενον. ἐγὼ δὴ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τούτων μετακινήσας τὴν σύνθεσιν, τοὺς αὐτοὺς στίχους ἀντὶ μὲν ἑξαμέτρων ποιήσω τετραμέτρους, ἀντὶ δὲ ἡρωϊκῶν προσῳδιακοὺς, τὸν τρόπον τοῦτον·

Ἀλλ' ἔχον, ὥστε γυνὴ χερνῆτις τάλαντα ἀληθὴς,
Ἥτ' εἴριον ἀμφὶς καὶ σταθμὸν ἔχουσ' ἀνέλκει,
Ἰσάζουσ', ἵν' ἀεικέα παισὶν ἄρηται μισθόν.

Τοιαῦτά ἐστι τὰ [2] Πριάπεια, ὑπό τινων δὲ Ἰθυφάλλια λεγόμενα, ταυτί·

Οὐ

1 Ἄρηται.] Ἄρηται, pro vulgato ἄροιτο ex Homeri Editionibus repoſitum, magis eſt conſentaneum: quanquam paulo poſt idem verbi modus optativus repetitur. Eſt autem deſumptus locus ex Iliad. μ, ver. 433. *Sylburg.* † Idem verbum neceſſe eſt in utroque loco ponatur: itaque paulo poſt ἄρηται etiam reponendum curavimus; cujus ultima corripitur.

2 Πριά-

Sectio IV.

Soluta verborum compoſitione, ſolvi etiam ipſius vim omnem & pulcritudinem.

SED ut omnibus innoteſcat magis, quantam poteſtatem habeat componendi facultas, tam pedibus adſtricta, quàm ſoluta oratione; quaſdam locutiones aſſumam, quæ pulcre videntur conſtrui: quarum mutata compoſitione, diverſa penitus ut appareant efficiam tum carmina, tum proſaicæ orationes. Primo itaque hæc ſint ex Homero decerpta:

Ac veluti æquatas mulier paupercula lances
Erigit, & lanam & pondus tenet æqua ſeorſim;
Exiguum ut poſſit pueris adferre lucellum.

Hæc menſura carminis eſt heroici, ſex conſtans pedibus, perfecta, quæ pede dactylico incedat. quorum ipſe jam mutata verborum collocatione, eoſdem verſus pro hexametris tetrametros faciam, pro heroicis proſodicos, hoc modo:

Ac veluti æquatas lances opifex Minervæ
Erigit, & lanam tenet & pondus ſeorſim:
Exiguum pueris ut adferat lucellum.

Cujuſmodi ſunt & Priapeia, quæ ab aliis & Ithyphallica vocantur, qualia ſunt:

Non

2 Πριάπεια.] Ludicra carmina in honorem Priapi conſcripta, authore, ut ſcribit Plutarchus, Archilocho; fracta vero ſunt, & mollia, quæ minime ad majeſtatem Heroici carminis aſſurgunt. Talia ſunt & iſta apud Hephæſtionem:

Ἠρίϛησα μὲν, ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς·
Οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον, νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν
Ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ κωμάζων παῖδ' ἁβρῇ.

Hi vero ab Heroicis non aliter diſcrepant, niſi quod in tertia ſede Creticus occurrat.

3 Ὡς

Οὐ βέβηλος, [3] ὡς λέγεται, τοῦ νέου Διονύσου,
Κἀγὼ δ' ἐξ ἐργασίης ὠργιασμένος ἥκω.

Ἄλλους πάλιν λαβὼν στίχους Ὁμηρικοὺς, οὔτε προσθεὶς οὐδὲν αὐτοῖς, οὔτε ἀφελῶν, τὴν δὲ σύνθεσιν ἀλλάξας μόνον, ἕτερον ἀποδώσω μέλος τετράμετρον, τὸ καλούμενον Ἰωνικόν·

Ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο ταννυσθεὶς,
Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης
[4] Ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς,
Αἱματοέσσης κόνιος δεδραγμένος, βεβρυχώς.

Τοιαῦτά ἐστι τὰ [5] Σωτάδια ταυτί·

Ἔνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἀκραις πυραῖς νέκυες ἔκειντο
Γῆς ἐπὶ ξένης, ὀρφανὰ τείχεα προλιπόντες
Ἑλλάδος ἱερῆς, καὶ μυχὸν ἐστίης πατρῴης,
Ἥβην τ' ἐρατεινὴν, καὶ καλὸν ἡλίου πρόσωπον.

Δυναίμην δ' ἂν ἔτι πολλὰς ἰδέας μέτρων καὶ διαφόρους εἰς τὸν ἡρωϊκὸν ἐμπιπτούσας στίχον ἐπιδεικνύναι, τὸ δὲ αὐτὸ κἂν τοῖς ἄλλοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι συμβέβηκος μέτροις

3 Ὡς λέγεται.] Pro λέγεται Aldinus codex habet τελεῖται. In Hephæſtionis enchiridio quidam codices habent, ὦ τελεῖται: quidam ὦ τελεσταί: non abſurde. Sequenti etiam verſu eadem Aldina Editio, idemque Hephæſtionis Enchiridion, pro ἐργασίης habent ἐνεργεσίης. Veriuſne ſit Ἐλευσινίης, an aliud conſimile, viderint doctiores. In eodem Hephæſtionis Enchiridio additur tertius hic verſus;

Ὀδεύων τοῦ Λυσιακὸν κνεφαῖος παρὰ τέλμα.

Tribuuntur autem iſtic verſus hi Euphorioni Cherroneſitæ, itidemque Priapei nominantur. *Sylburgius.* † Legendum eſt Πηλουσιακὸν, *Peluſiacam juxta paludem*, ex Hephæſtione: ita ut Sylburgii conjectura de Ἐλευσινίης non adeo vera ſit.

4 Ὡς ὁ πρόσθ'.] Locus deſumptus ex Iliad. ν, ver. 392. Agitur de Aſio ab Idomeneo interfecto. Omnis eodem modo Virgiliani carminis majeſtas interibit, ſi feceris Sotadeum; verbis etiam iiſdem manentibus.

Muſa, mihi cauſas memora, quo numine læſo.

Sotad.

Læſo numine quo, memora cauſas mihi, Muſa.

5 Σωτά-

Non profanus, ut fertur, Bacchi juvenilis,
Sacro ipſe ex munere adſum orgiis celebratis.

Alios præterea accipiam Homeri verſus, quibus nihil addam, aut adimam: ipſa ſolummodo mutata collocatione, aliud carmen, ut tetrametrum ſit, quod Ionicum vocatur, efficiam

Sic ille inter equos fuſus jacet, inter & arma;
Ore fremens, terram fœdatam ſanguine mordet.

Sic ille inter equos fuſus jacet, inter & arma:
Tellurem ſanguine fœdatam mordet, ore frendens.

Qualia ſunt & Sotadea hæc.

Tum vero ſummis in rogis mortui jacebant,
Longe à patria, vidua mœnia relinquentes
Græciæ ſacræ, & penetrale Veſtæ patroæ,
Floremque juventutis, & ſolis dulce lumen.

Poſſem & alia etiam carminum multa genera, eaque diverſa, quæ in heroicos facile incidunt verſus, oſtendere; & hoc idem accidere fere omnibus tam menſuris quàm numeris,

5 Σωτάδια.] Stephanus mavult Σωτάδεια diphthongως: ut apud Hephæſtionem quoque legitur. Sic certe mox ſequitur Εὐριπίδεια: & infra Sect. 9, Σοφόκλεια. tamen prioris quoque Scripturæ reperiuntur exempla. *Sylburg.*

Ibid. Σωτάδια.] Sotadei verſus, qui & Ionici, nomen habent à Sotade, Cretenſi poeta fœdiſſimo; qui, ut auctor eſt Strabo, ἦρξε πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν. & pretium ſane operæ tulit: nam in vincula conjectum ob ſpurcitiem contabuiſſe ſcribit Plutarchus. Varia autem ſunt genera Sotadici carminis: ut cum heroicum recurrit, cujus exemplum apposite Quintilianus dabit: *fit ut iiſdem verbis alii atque alii verſus fiant*; ut,

Aſtra tenet cœlum, mare claſſes, area meſſem.

Hic retrorſum fit Sotadeus: & vocatur ἀντίστροφος. eodem modo ſi retro legatur Iambicus, fit pentameter,

Micant nitore tecta ſublimi aurea.

Aliud ex Hephæſtione proferam exemplum,

Σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ᾽ ὦμον.

Sunt autem invenuſtiores, quod metris præcipue conſtant anapæſticis, quæ fracta ſunt, & roboris expertia: Sotades vero Ἰλιάδα ἔγραψε, μεταθεὶς τὰ τοῦ ποιητοῦ εἰς ἴδιον μέτρον.

6 Μάλιστα.]

μέτροις τε καὶ ῥυθμοῖς ἀποφαίνειν, ὥστε τῆς μὲν ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τῆς αὐτῆς μενούσης, τῆς δὲ συνθέσεως μόνης [6] μάλιστα πεσούσης, τά τε μέτρα μεταρρυθμίζεσθαι, καὶ συμμεταπίπτειν αὐτοῖς τὰ σχήματα, τὰ χρώματα, τὰ ἤθη, τὰ πάθη, τὴν ὅλην τῶν ποιημάτων ἀξίωσιν. ἀλλ' ἀναγκασθήσομαι πλειόνων ἅψασθαι θεωρημάτων, ὧν ἔνια ὀλίγοις πάνυ ἐστὶ γνώριμα. Ἐπὶ πολλῶν δ' ἴσως, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῶν τοιούτων, καλῶς ἂν ἔχοι Εὐριπίδεια ταῦτα ἐπενεγκεῖν·

[7] Μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων,
Ψυχή. Τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ
Μέλλεις σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐάσειν μοι δοκῶ κατὰ τὸ παρόν. Ὅτι δὲ καὶ ἡ πεζὴ λέξις τὸ αὐτὸ δύναται παθεῖν τῇ ἐμμέτρῳ, [8] ὄντων μὲν ὀνομάτων, ἀλλαττομένης δὲ τῆς συνθέσεως, πάρεστι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν. Λήψομαι δ' ἐκ τῆς Ἡροδότου λέξεως τὴν ἀρχὴν τῆς ἱστορίας, ἐπεὶ καὶ γνώριμός ἐστι τοῖς πολλοῖς, μεταθεὶς τὸν χαρακτῆρα τῆς διαλέκτου μόνον.

" [9] Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δ' Ἀλυάττου, τύ-
" ραννος δ' ἐθνῶν τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ· ὃς ῥέων ἀπὸ
" μεσημβρίας, μεταξὺ [10] Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων
" ἐξίησι πρὸς Βορέαν ἄνεμον, εἰς τὸν Εὔξεινον καλούμενον
" πόντον.

Μετατίθημι

6 Μάλισα.] Pro μάλισα πεσούσης legendum videtur μεταπεσούσης: ſic ut mox ſequitur συμμεταπίπτειν. *Sylburg.* † Forte reponatur ἥκιστα: *vel minimum.*

7 Μή μοι λεπτῶν.] Hos verſus in anapaſtos ita digerit Grotius in *Excerptis:*

Μή μοι
Λεπτῶν θίγγανε μύθων, ψυχή·
Τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ μέλλεις
Σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.

Sed incertum eſt, cui ſint tragœdiæ abſcribendi.

8 Ὄντων μέν.] Forſan legendum, μενόντων μὲν τῶν ὀνομάτων:

meris, demonſtrare: permanente ſcilicet verborum delectu, ipſa ſolummodo mutata compoſitione, tranſmutari carmina, & corruere unà orationis figuras, colores, mores, affectus, totamque adeo poematis dignitatem. Sed neceſſe habeo plura præcepta attingere, quorum nonnulla quam paucisſimis ſunt cognita. Iſta autem ex Euripide cum de multis rebus fortaſſe, tum his etiam præcipue licebit proferre:

Ne ſubtiles
Tange loquelas animi. ut quid enim
Vana labores, niſi forte inter
Vis te jactare ſodales.

Hæc itaque mihi in præſenti eſſe omittenda arbitror. Solutam vero orationem, idem hoc pati poſſe ſecum ligatæ commune, manentibus ſcilicet iiſdem verbis, mutata vero compoſitione, licet cuilibet volenti conſiderare. Aſſumam ex Herodoti dictione hiſtoriæ initium, locum plurimis notiſſimum; charactere tantum dialecti immutato.

Crœſus genere quidem fuit Lydus, patre autem Alyatte; earum vero nationum rex, quæ intra Halym amnem ſunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem in mare, quod vocant Euxinum, evolvitur.

Tranſp-

τῶν vel *μενόντων μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων*: ut paulo ante, *ὥστε τῆς μὲν ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τῆς αὐτῆς μενούσης.* Wolfius legit, *ὄντων μὲν τῶν αὐτῶν ὀνομάτων.* *Sylb.*

9 Κροῖσος ἦν.] Lucem aliquam huic argumento Demetrius afferet, qui ſimile exemplum habet ex Thucydide, Sect. 45.

10 Σύρων.] Syrorum nomine Leucoſyros intellige. Quoniam vero ſublatis Ioniſmis, quædam in contextu manent variationes, verba Herodoti, ut eas facilius deprehendat Lector, adſcribam: Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἐξίει πρὸς Βορῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. Mox in ſequenti collatione, pro ἐξίησι habet ἐκδιδῶσι. in tertia ἔξεισιν.

Μετάθωμεν τῆς λέξεως ταύτης τὴν ἁρμονίαν, καὶ γενήσεταί μοι οὐκέτι ἐπαγωγικὸν τὸ πλάσμα, οὐδὲ ἱστορικόν, ἀλλ' ὀρθὸν μᾶλλον καὶ ἐναγώνιον.

Κροῖσος ἦν υἱὸς μὲν Ἀλυάττου, γένος δὲ Λυδός, τύραννος δὲ τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ ἐθνῶν, ὃς ἀπὸ μεσημβρίας ῥέων, μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων εἰς τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον ἐκδίδωσι πρὸς Βορέαν ἄνεμον.

Οὗτος ὁ χαρακτὴρ οὐ πολὺ ἀπέχειν ἂν δόξειεν τῶν Θουκυδίδου τούτων·

» [11] Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον
» κόλπον. προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι,
» Ἰλλυρικὸν ἔθνος.

[12] Πάλιν διαλλάξας τὴν λέξιν, ἑτέραν αὐτῇ μορφὴν ἀποδώσω, τὸν τρόπον τοῦτον·

Ἀλυάττου μὲν υἱὸς ἦν Κροῖσος, γένος δὲ Λυδός, τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ τύραννος ἐθνῶν, ὃς ἀπὸ μεσημβρίας ῥέων, Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων μεταξὺ πρὸς Βορέαν ἔξεισιν ἄνεμον εἰς τὸν καλούμενον πόντον Εὔξεινον.

[13] Ἡγησιακὸν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς συνθέσεως, μικρόκομψον, ἀγεννές, μαλθακόν. τούτων γὰρ τῶν λήρων [14] ἱερεὺς ἐκεῖνος ὁ ἀνήρ, τοιαῦτα γράφων·

Ἐξ

11 Ἐπίδαμνος.] Thucydidis locus deſumptus eſt ex initio narrationis, finita præfatione. Edit. Oxon. pro εἰσπλέοντι legit ἐσπλέοντι: ſic & Demetrius, Sect. 205, qui hunc locum citat.

12 Πάλιν διαλλάξας.] Quintilianus lib. 9, cap. 4: *Quod cuique viſum erit vehementer, dulciter, ſpecioſe dictum, ſolvat & turbet: abierit omnis vis, jucunditas, decor.* Et mox: *Illud notaſſe ſatis habeo, quo pulchriora & ſenſu & elocutione diſſolveris, hoc orationem magis deformem fore: quia negligentia collocationis ipſa verborum luce deprehenditur.*

13 Ἡγησιακόν.

Tranſponam dictionis hujus ſtructuram: neque ad animos demulcendos accommodata mihi amplius erit compoſitio, nec hiſtorica, ſed ſimplex potius, & forenſis.

Crœſus erat filius quidem Alyattis, genere vero Lydus, tyrannuſque earum, quæ intra ſunt Halym amnem nationes, qui à meridie interfluens Syros ac Paphlagones, in mare quod vocant Euxinum, evolvitur contra ventum Aquilonem.

Quæ ſane forma non multum ab hiſce Thucydidis videtur differre:

Epidamnus eſt urbs ad dextram ſita navigantibus Ionium ſinum verſus, cui finitimi ſunt Taulantii barbari, gens Illyrica.

Hac iterum tranſmutata dictione, aliam ei formam dabo, hoc modo:

Alyattis quidem filius erat Crœſus, genere vero Lydus, earum quæ intra ſunt Halym amnem tyrannus nationum; qui à meridie fluens Syros inter ac Paphlagones, contra Boream erumpit ventum in mare, quod vocant Euxinum.

Hegeſiaca eſt hæc ſtruendæ orationis forma; parum compta, vilis, robore deſtituta. Eſt enim iſtiuſmodi nugarum ſacerdos vir ille, hæc qui ſcribat:

Ex

13 Ἡγησιακόν.] Plures fuerunt Hegeſiæ: at hic, de quo ſermo eſt, orator idem fuit atque hiſtoricus, ex Magneſia oriundus; & extremis Ptolemæi Lagi, ut Voſſius conjicit, primiſque Philadelphi temporibus vixit. Aſiaticum genus dicendi introduxit, à nemine unquam, Varrone excepto, laudatum. Cicero in Orat. *Sunt etiam, qui illo vitio, quod ab Hegeſia maxime fluxit, infringendis conciden-diſque numeris, in quoddam genus abjectum incidant, Siculorum ſimillimum.* Vid. Longinum Sect. 3: & quæ mox à Dionyſio Sect. 18, dicentur; ubi illuſtre Hegeſiacæ compoſitionis exemplum habes.

14 Ἱερεύς.] Ita & Cicero in Oratione pro P. Sextio, eadem & voce & figura uſus: *Erat autem mihi res cum ſcurrarum locupletium ſcorto, cum ſororis adultero, cum ſtuprorum Sacerdote.*

 15 Ἀπὸ

Ἐξ ἀγαθῆς ἑορτῆς ἀγαθὴν ἄγομεν ἄλλην·

15 Ἀπὸ Μαγνησίας εἰμὶ τῆς μεγάλης Σιπυλεύς.

Οὐ γὰρ 16 μικρὰν εἰς Θηβαίων ὕδωρ ἔπτυσεν ὁ Διόνυσος. 17 ἡδὺς μὲν γάρ ἐστι, ποιεῖ δὲ μαίνεσθαι.

Ἅλις ἔστω τῶν παραδειγμάτων. Ἱκανῶς γὰρ οἴομαι πεποιηκέναι φανερὸν ὃ προὔκειτό μοι, ὅτι μείζονα ἰσχὺν ἔχει τῆς ἐκλογῆς ἡ σύνθεσις.

Ἡ Σύνθεσις μείζονα ἰσχὺν ἔχει τῆς Ἐκλογῆς.

Καί μοι δοκεῖ τις οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν, εἰκάσας αὐτὴν τῇ Ὁμηρικῇ Ἀθηνᾷ. ἐκείνη τε γὰρ τὸν Ὀδυσσέα τὸν αὐτὸν ὄντα, ἄλλοτε ἀλλοῖον ἐποίει φαίνεσθαι· τοτὲ μὲν ῥυσὸν καὶ μικρὸν καὶ αἰσχρόν,

Πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον, ἠδὲ γέροντι·

τοτὲ δὲ, τῇ αὐτῇ ῥάβδῳ πάλιν ἐφαψαμένη,

18 Μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι.
κὰδ δὲ κάρητος
Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

19 Αὕτη τε, τὰ αὐτὰ λαμβάνουσα ὀνόματα, τοτὲ μὲν ἄμορφα καὶ πτωχὰ καὶ ταπεινὰ ποιεῖ φαίνεσθαι τὰ νοήματα, τοτὲ δὲ ὑψηλὰ καὶ πλούσια καὶ 20 ἁδρὰ καὶ καλά. Καὶ τούτῳ μάλιστα διαλλάττει ποιητής τε ποιητοῦ, καὶ ῥήτωρ ῥήτορος, τῷ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα.

Τοῖς

15 Ἀπὸ Μαγνησίας.] Ita forte opus aliquod inchoavit Sophiſta. ideo autem τῆς μεγάλης addidit, quia duæ erant ejuſdem nominis Magneſiæ. Sed opinor, non abs re erit, conſimilem ex Luciano de Conſcribenda Hiſt. locum proferre. Ineptum quendam Herodoti imitatorem, celato nomine, qui hoc exordio uſus eſt, deridet. Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων. καὶ μικρὸν ὕστερον· Ἔδεε γὰρ Πέρσῃσι γενέσθαι κακῶς. καὶ πάλιν· Ἦν Ὀσρόης, τὸν οἱ Ἕλληνες Ὀξυρόην ὀνυμέουσι. In quod vitium videtur & ipſe Dionyſius ad finem prioris Sect. incidiſſe: Οὐδὲ γὰρ ἥρμοττεν ἴσως κρείττοσι χρήσασθαι ἑτέροις.

16 Μικρὰν.] In μικρὰν ellipſis eſt ſubſtantivi fœminini, λιβάδα, χύσιν, aut alius conſimilis. Forſan etiam in tribus his ex Hegeſia deſumptis periodis, triplex eſt exemplum, è

tribus

Ex bona ſolennitate, bonam ducimus aliam.

Ex Magneſia ſum magna, Sipylenſis. ——*Neque enim guttulam in Thebanorum undam evomuit Bacchus. Eſt quidem potu dulcis, parit vero inſaniam.*

Abunde ſatis exemplorum. id enim quod propoſueram, me affatim demonſtraſſe arbitror; majorem ſcilicet vim habere ſtructuram verborum, quàm delectum.

Structura orationis majorem vim habet delectu.

Ac mihi quidem non multum ille videtur aberrare, quicunque ſtructuram hanc verborum Homericæ Minervæ aſſimulaverit. Nam Minerva Ulyſſem, unum eundemque hominem, alias alium videri efficit: modo rugoſum, humilem & ſordidum,

Mendico ſimilem, curas annoſque ferenti:

modo eâdem ubi virga iterum contigerit,

Majorem exhibuit, præſtanti corpore firmum:
Et multo contortos orbe capillos,
Purpureo ſimiles flori, de vertice miſit.

Sic & ſtructura, verbis iiſdem ſumptis, modo informes, abjectæ, ac humiles ut videantur ſententiæ, facit: modo ſublimes reddit, plenas, copioſas, atque elegantes. Atque hoc illud præcipue eſt, quo poetæ poeta præſtat, orator oratori; felici nempe verborum compoſitione & ſtructura. Anti-

tribus diverſis locis petitum. *Sylburg.*

17 Ἡδύς.] Ποταμὸς ſubintelligitur: neque enim ad ὕδωρ referri poteſt. Eandem quoque de amne Lynceſtio naturam refert Ovidius:

Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.

18 Μείζονα.] Sæpius occurrunt hi verſus. Odyſſ. ζ, v. 243.

Τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα· κὰδ δὲ κάρηθε
Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

19 Αὔλη.] In vulgatis Editionibus eſt αὐλή: noſtrum ἄυλη melius congruit cum ἐκείνη, quod præcedit. *Sylburg.*

20 Ἁδρά.] Unde τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, in Longino. Τὸ ἁδρὸν, inquit Faber, circa τὰς νοήσεις, *nil aliud ſignificat, quàm pleniorem copiam earum ſententiarum, quæ ſtylo ἁδρῷ convenire poſſint; grandes, graves, politicæ, & quæ nihil σχολικὸν recipere videantur.*

21 Ἀρχά-

Τοῖς μὲν οὖν [21] ἀρχαίοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ [22] ἐπίδοσις ἦν αὐτοῦ· παρ' ὃ καὶ καλά ἐστιν αὐτῶν τὰ μέτρα, καὶ τὰ μέλη, καὶ οἱ λόγοι· τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι, πλὴν ὀλίγων· χρόνῳ δὲ ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη· καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων. Τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι [23] Κορωνίδος διελθεῖν. [24] Φύλαρχον λέγω, καὶ [25] Δοῦριν, καὶ [26] Πολύβιον, καὶ [27] Σάωνα, καὶ τὸν Καλαντιανὸν [28] Δημήτριον, [29] Ἱερώνυμόν τε καὶ [30] Ἀντίγονον, καὶ [31] Ἡρακλ-

21 Ἀρχαίοις.] Idem tradit Fabius cap. 4, lib. 9: idem etiam Dionyſius in περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Πολλή τις ἐγένετο ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἐπιθυμία καὶ πρόνοια τοῦ καλῶς ἁρμόττειν τὰ ὀνόματα, ἔν τε μέτροις, καὶ δίχα μέτρων· καὶ πάντες οἱ σπουδαίας ἐβουλήθησαν ἐξενεγκεῖν γραφὰς, οὐ μόνον ἐζήτησαν ὀνομάσαι τὰ νοήματα καλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ ἐν κόσμῳ συνθέσει περιλαβεῖν. Nec omittendum Horatii judicium, etſi loco difficiliori: qui ſcripta Græcorum antiquiſſima non dubitet vel optima appellare; cum diverſa de ſuis Romanis ſtatuat.

22 Ἐπίδοσις.] Pro ἐπίδοσις convenientius legeris ἐπιτήδευσις, ut infra Sect. 22. τίνι δὲ κατασκευασθέντα ἐπιτηδεύσει τοιαῦτα γέγονεν. Major mutatio foret, ſi legeremus ἐπιστροφή· ſed idem ſenſus qui paulo poſt, οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένους. pro quo Sect. 5, dicit πρόνοια. πολλὴ πρόνοια τοῖς ἀρχαίοις ἦν. *Sylburg.*

23 Κορωνίδος.] Nota, quam veteres in fine librorum ſolebant apponere: *Hanc lineam brevem ab inferiore parte flexam* fuiſſe, annotavit Cæl. Rhodiginus lib. 15, cap. 20. Romanis in uſu dicunt, non minus ut librorum initium, quam finem, *creſcentis Lunæ* imagine ſignarent: unde adagium, Ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μεχρὶ τῆς κορωνίδος: & Martialis,

Si nimius videor, ſeraque Coronide longus.

Alii volunt aut è navium roſtris tranſlationem, aut ab ædificio, cujus jam abſoluti faſtigio cornix apponitur.

24 Φύλαρχον.] Phylarchi patria incerta eſt. alii Ægyptium dicunt, alii Athenienſem. Euergetæ vixit ætate & Philopatoris, ſcriptor multarum rerum; libros hiſtoriarum ad mortem Euergetæ perducebat, ſumpto ab expeditione Pyrrhi in Peloponneſum exordio.

25 Δοῦριν.] Philadelphi tempore floruit Duris Samius; de Tragœdia librum ſcripſit, ut & hiſtoriam Agathoclis Syracuſani. de

Antiquiſſimi quidem ſcriptores hac in re pene omnes multum laboris atque curæ poſuerunt: quo factum eſt, ut pulcra ſint eorum carmina, verſus lyrici, & ſolutæ orationes. recentiores vero, paucis exceptis, eandem non adhibuerunt diligentiam: ac poſtea ſequentibus temporibus omnino negligebatur. Nemo etenim aut eam eſſe neceſſariam, aut orationis venuſtati quicquam conferre exiſtimabat. Quo fit, ut ea poſt ſe conſcripta reliquerint volumina, quæ nemo ſuſtinuerit ad Coronidem uſque evolvere. Phylarchum dico, & Durim, & Polybium, & Saona, & Demetrium Calantianum; Hieronymum, Antilogum,

de quo ita Cicero ad Atticum: *Num idcirco Duris Samius, homo in hiſtoria diligens, quòd cum multis erravit, irridetur?* Hunc etiam Photius dicendi venuſtate longe inferiorem fuiſſe Ephoro, & Theopompo judicat; quos tamen dictionis gratia, non adeo demiratur.

26 Πολύβιον.] Megalopolitanus, Lycortæ filius: ἀνὴρ πολυμαθὴς, Σκηπίωνι συγγενόμενος, ut de eo Ælianus. dictionis incuriam reprehendit Dionyſius: » Sed profecto, *ait Voſſius*, nihil » mirum videtur, dictionis comptæ minus rationem habere virum adeo ſeriis ſemper deditum; ſive, ut cum Strabone loquar, τὸ οὕτως ἐσπουδασμένον ἄνδρα. Verum ut ſane Polybius eloquentia cedat Herodoto, Xenophonti, & præterea uni alterique Græcorum; attamen civilem prudentiam ſi ſpectes, & ſcientiam militarem, nulli fuerit ſecundus.

27 Σάωνα.] Viri eruditi ſuſpicantur eundem eſſe, qui Σάων dicitur Athenæo, lib. 4; ubi eum citat ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ. *Voſſius.*

28 Δημήτριον.] Siculus fuit: Patria illi Calantis, ſeu Calacta; quæ urbs erat medio intervallo inter Mylas & Panormum. Suidas in Καικίλιος, cum duplici λλ, Καλλαντιανὸς, & Κάλλαντις. Ita etiam dicitur Marciano Heracleotæ, ν extrito, Καλατιανός.

Ὁ Καλατιανὸς συγγραφεὺς Δημήτριος.

viginti ſcripſit libros de Aſia & Europa.

29 Ἱερώνυμον.] Patria fuit Cardia, Thraciæ Cherſoneſi civitas. Scriptor inter hiſtoricos non ignobilis: ὃς τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου (ita enim legit Wolfius in Suida) πραχθέντα συνέγραψε.

30 Ἀντίλογον.] Viri docti legunt Ἀντίοχον, & Antiochum Syracuſanum intelligunt: at Voſſius Ἀντίλοχον potius, propter hunc locum Clementis lib. 1, Στρωματ. Ἀντίλοχος δ' ἂν, ὁ τούτους ἱστορίας πραγματευσάμενος ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἐπὶ τὴν Ἐπικούρου τελευτήν. Unde diſcimus, ſcripſiſſe doctorum Chronologiam.

31 Ἡρ-

[31] Ἡρακλείδην, καὶ Ἡγησίαν Μάγνητα, καὶ ἄλλους μυρίους· ὧν ἁπάντων τὰ ὀνόματα εἰ βουλοίμην λέγειν, ἐπιλείψει με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος. Καὶ τί δεῖ τούτους θαυμάζειν, ὅπου γε καὶ οἱ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰς Διαλεκτικὰς ἐκφέροντες τέχνας, οὕτως εἰσὶν ἄθλιοι περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ὥστε αἰδεῖσθαι καὶ λέγειν; Ἀπόχρη δὲ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῷ λόγῳ [32] Χρυσίππου τοῦ Στωϊκοῦ. περαιτέρω γὰρ οὐκ ἂν προβαίην. τούτου γὰρ οὔτε ἄμεινον οὐδεὶς τὰς Διαλεκτικὰς τέχνας ἠκρίβωσεν, οὔτε [33] χείρονι ἁρμονίᾳ συνταχθέντας ἐξήνεγκε λόγους, τῶν ὀνόματος καὶ δόξης ἀξιωθέντων. Καίτοι σπουδάζειν γέ τινες προσεποιήθησαν αὐτῶν καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὡς ἀναγκαῖον ὂν τῷ λόγῳ, καὶ τέχνας τινὰς ἐπέγραψαν ὑπὲρ τῆς Συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μορίων. ἀλλὰ πολύ τι μᾶλλον πάντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἀπεπλανήθησαν, καὶ οὐδὲ [34] ὄναρ εἶδον, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ποιοῦν ἡδεῖαν καὶ καλὴν τὴν σύνθεσιν. Ἔγωγ' οὖν, ὅτε διέγνων συντάττεσθαι ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, ἐζήτουν εἴ τι τοῖς πρότερον εἴρηται περὶ αὐτῆς, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλοσόφοις, εἰδὼς τοὺς ἄνδρας οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένους: δεῖ γὰρ αὐτοῖς τἀληθῆ μαρτυρεῖν. Οὐδαμῇ δὲ οὐδὲν ὑπ' οὐδενὸς εὑρὼν τῶν

31 Ἡρακλείδην.] Multi erant hujus nominis ſcriptores: veriſimile autem eſt, fuiſſe hunc Heraclidem, Serapionis filium, cognomento Lembum. Qui ut multa alia, ita grande compoſuit hiſtoriarum opus; Ptolemæi Philometoris temporibus florens.

32 Χρυσίππου.] De re Dialectica plurimos fecit libellos: de nominibus dialecticorum, de conjunctis probabilibus, de connexo, de proloquiis, de iis quæ negantur, de iis quæ dicuntur per privationem, de optimis proloquiis, de differentia indefinitorum, de interrogatione, de reſponſione, de categoriis, de ſyllogiſmis, de ſoritis, de definitionibus. Οὕτω δ' ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο, ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείστους, ὅτι εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτικὴ, οὐκ ἂν ἦν ἄλλη ἢ Χρυσίππειος. Fuit ille vir πολύγραφος, qui compoſuerit

gum, Heraclidem, Hegeſiam Magneſſum, & ſexcentos alios; quorum omnium nomina, ſi velim recenſere, me prius diei ſpatium deficeret. Sed hos quid ego mirer, cum & illi qui philoſophiam profitentur, & artes Dialecticas conſcribunt, adeo ſunt miſeri in collocandis ſententiis, ut etiam me pudeat dicere? Sed dictione Chryſippi Stoici ad hanc rem confirmandam, uti mihi ſufficit: neque enim ulterius procedendum eſt. Nam eo nemo unquam accuratius dialecticorum diſciplinas proſecutus eſt: neque deteriori compoſitos harmonia ſermones in lucem protulit; ex iis omnibus, qui nomine aliquo & fama cenſentur digni. Et tamen eorum nonnulli hanc etiam partem, utpote quæ ad elocutionem plurimum conferat, ſe curare videri voluerunt; & quædam præcepta de partium orationis Structura ſcriptis ediderunt. Sed omnes quàm longiſſime à rei veritate aberrarunt, ne ſomnio quidem, quod aiunt, videntes, quid tandem ſit, quod jucundam ſimul & pulcram efficiat compoſitionem. Cum itaque in animo mecum ipſe decreviſſem, hunc de principiis eloquentiæ tractatum componere, quærebam an aliquid ab antiquis etiam ſcriptoribus eadem de re eſſet dictum, & præcipue à Stoicis philoſophis: novi etenim multam eos homines curam ac ſtudium in verbis explicandis inſumpſiſſe. Nam æquum eſt

erit volumina ſeptingenta quinque, in quibus acutiſſime diſputaſſe fertur, ſed jejune & exiliter. Cicero de Orat. lib. 1. *Etenim videmus iiſdem de rebus jejune quoſdam & exiliter, ut eum, quem acutiſſimum ferunt Chryſippum diſputaviſſe.* Strebæus.

33 Χείρονι ἁρμονίᾳ.] Idem etiam, ſed aliquanto mollius, tradit Diogenes Laertius; verba adſcribam: πλεονάσας ἐν τοῖς πράγμασι, τὴν λέξιν οὐ κατώρθωσε. Et Seneca lib. 1, de Beneficiis: *Chryſippus quoque, penes quem ſubtile illud acumen eſt, & in imam penetrans veritatem, qui rei agendæ cauſa loquitur, & verbis, non ultra quàm ad intellectum ſatis eſt, loquitur.* Tradunt etiam obſcuritate laboraſſe. Sed hodie (quod mireris) apud Gellium lib. 14, cap. 4, hujus extat ſane quam elegans fragmentum, è libro Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἡδονῆς deſumptum.

34 Ὄναρ.] Abſolute dicitur, pro καθ' ὄναρ: & verti poteſt, *ne veſtigium quidem ullum.*

τῶν ὀνομάτων ἠξιωμένων ἔτι μεῖζον ἔτι ἔλαττον [35] συναχθὲν εἰς ἣν ἐγὼ προῄρημαι πραγματείαν· ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις διττὰς, ἐπιγραφὴν ἐχούσας, [36] Περὶ τῆς Συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν· οὐ ῥητορικὴν [37] θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικὴν, ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες, ὑπὲρ [38] ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ δυνατῶν καὶ ἀδυνάτων, [39] ἐνδεχομένων τε καὶ μεταπιπτόντων, καὶ ἀμφιβόλων, καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων, οὐδεμίαν οὔτε χρείαν οὔτ' ὠφέλειαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλλομένων, εἰς γοῦν ἡδονὴν ἢ κάλλος ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν· ταύτης μὲν τῆς πραγματείας [40] ἀπέστην.

Ἐσκόπουν δὲ αὐτὸς [41] ἐπ' ἐμαυτοῦ γενόμενος, εἴ τινα δυναίμην εὑρεῖν φυσικὴν ἀφορμήν· ἐπειδὰν παντὸς πράγματος καὶ πάσης ζητήσεως αὕτη δοκεῖ κρατίστη εἶναι [42] καὶ ἀρχή. Ἁψάμενος δὲ τινῶν θεωρημάτων, καὶ δόξας ὁδῷ τινι τὸ πρᾶγμα χωρεῖν, ὡς ἔμαθον ἑτέρωσέ ποι ταύτην ἄγουσαν ἐμὲ τὴν ὁδὸν, οὐχ ὅποι προὐθέμην, καὶ ἀναγκαῖον ἦν ἐλθεῖν, ἀπέστην. Κωλύει δὲ οὐδὲν ἴσως κἀκείνης ἅψασθαι τῆς θεωρίας, καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, δι' ἃς ἐξέλιπον αὐτὴν, ἵνα μή με δόξῃ τις ἀγνοίᾳ παρελθεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ μὴ προαιρέσει.

ΤΜΗ͂ΜΑ

35 Συναχθέν.] Dubito, an συνταχθὲν legi debeat.

36 Περὶ τῆς συντάξεως.] Inter varia librorum volumina, à Chryſippo conſcripta, cujuſdam Ἐπιγραφὴν recenſet Laertius his verbis, Περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων, δ'. itemque, Περὶ τῆς συντάξεως καὶ στοιχείων τῶν λεγομένων, πρὸς Φίλιππον, γ'. Hos judicat Ægid. Menagius eoſdem eſſe cum his, quorum meminit Dionyſius. Idemque addit Menagius, pro eo quod hîc legitur Περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων, δ', ſcriptum eſſe ε in quibuſdam MSS.

37 Θεωρίαν ἐχούσας.] Ἔχουσι lego: errore ex priore ἐχούσας nato.

38 Ἀξιωμάτων.] Cicero Tuſc. Quæſt. lib. 1. *Omne pronuntiatum*

eſt vera de iis teſtari. Sed nihil uſpiam ab ullo eorum, quos honore aliquo dignamur, conſcriptum inveni, ſive id magnum eſſet, ſive parvum, quod noſtræ huic inſtitutæ ſcriptioni accommodum judicaretur. qui vero à Chryſippo relicti ſunt libelli duo, qui de partium orationis Conſtructione inſcribuntur, nihil artis Rhetoricæ habent, ſed Dialecticæ, ut ſciunt omnes, qui iſtos perlegerint; de compoſitione Enunciationum, tam verarum quàm falſarum, poſſibilium & impoſſibilium, contingentium, migrantium, ambiguarum, aliarumque hujuſmodi, quæ nullum commodum, nullam utilitatem virili adferunt eloquentiæ, quo voluptas pariter & dicendi pulcritudo concilietur; quæ ſibi præcipue aſſequenda proponit ars orationis ſtruendæ. Ab hoc propterea me opere abſtinui.

Conſideravi autem mecum in animo, ſi quod naturale initium poſſem deprehendere; ſiquidem id in omni re & quæſtione videtur plurimum valere, & eſſe fundamentum. Cum quædam itaque præcepta attigiſſem, putaremque feliciori curſu mihi jam res procedere; poſteaquam animadverti me alio penitus eſſe deductum, non eo autem quo mihi propoſueram, & quo erat veniendum, incepto abſiſtebam. Nihil vero impedit, quo minus illam etiam attingamus diſciplinam, & rationes, eam quare omiſimus, proferamus: ne forte quiſpiam nos hæc ignorantia potius quàm conſilio defugiſſe arbitretur.

Sectio

tiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα: utar poſt alio, ſed ſi invenero melius) id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt verum, aut falſum.

39 Ἐνδεχομένων τέ.] Si quis pro τὲ malit δὲ, fruatur ſuo judicio. *Sylburg.*

40 Ἀπίςην.] Huic verbo nominativum εὑρὼν, qui præceſſerat, referas neceſſe eſt.

41 Ἐπ' ἐμαυτȢ.] Ita de Scipione cogitabundo, Appianus: ἐπὶ πολὺ δ' ἔννȢς ἐφ' ἑαυτȢ γινόμενός τε, καὶ συνιδών. Cicero: *cum contemplor animo.*

42 Καὶ ἀρχή.] Pro καὶ ἀρχὴ, forſan rectius legerimus ἡ ἀρχή: eo ſcilicet loquendi genere quo infra, Sect. 16, *μεγάλη τȢτων ἀρχὴ καὶ διδάσκαλος ἡ φύσις. Sylburg.*

ΤΜΗΜΑ έ.

Τὰ μόρια τοῦ λόγου πῶς ἁρμοστέον.

Ἐδόκει δή μοι τῇ φύσει μάλιστα ἡμᾶς ἑπομένους οὕτω δεῖν ἁρμόττειν τὰ μόρια τοῦ λόγου, ὡς ἐκείνη βούλεται. Αὐτίκα τὰ ὀνόματα ἡγούμην τάττειν πρὸ τῶν ῥημάτων· τὰ μὲν γὰρ, τὴν οὐσίαν δηλοῦν· τὰ δὲ, τὸ συμβεβηκός· πρότερον δὲ εἶναι τῇ φύσει τὴν οὐσίαν τῶν συμβεβηκότων· ὡς τὰ Ὁμηρικὰ ἔχει·

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον.

καὶ,

Μῆνιν ἄειδε θεά.

καὶ,

1 Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπών·

καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις. ἡγεῖται μὲν γὰρ ἐν τούτοις τὰ ὀνόματα, ἕπεται δὲ τὰ ῥήματα. πιθανὸς ὁ λόγος, ἀλλ' οὐκ ἀληθὴς ἔδοξεν εἶναί μοι. Ἔπεα γοῦν παράσχοιτ' ἄν τις παραδείγματα παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ κείμενα, ἐναντίως συντεταγμένα, ἢ ταῦτα συντέτακται, καλά τε οὐχ ἧττον καὶ πιθανά. Τίνα οὖν ἐστι ταῦτα;

2 Κλῦθί μευ Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, Ἀτρυτώνη.

καὶ,

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.

καὶ,

Μνῆσαι πατρὸς σεῖο θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ.

Ἐν

1 Ἠέλιος.] Deſumptus eſt hic verſus ex initio Odyſſ. γ'.
Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην,
Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον.

2 Κλῦθι.] In vulgatis Homeri Editionibus legitur κλῦθί μοι: minus belle. locus eſt Odyſſ. δ'. Sequens verſus exordium eſt Catalogi navium, Iliad. β'. Tertius

SECTIO V.

Quo modo conſtruendæ ſint partes orationis.

VISUM eſt itaque mihi, ducem naturam nobis eſſe ſequendam, & ex illius prorſus arbitrio partes orationis coaptandas. Ac primo quidem nomina verbis præponenda cenſebam: illa rei quippe ſubſtantiam, hæc accidens tantum, connotent; & naturâ prior eſt eſſentia accidente; quemadmodum illa ſunt Homeri:

Verſutum mihi muſa virum cane.

Et,

Iram diva cane.

Et,

Sol undam exiliit linquens.

aliaque his ſimilia: hîc etenim præeunt nomina, ſequuntur verba. ratio hæc probabilis, at non vera, mihi viſa eſt. Alia ſiquidem exempla apud eundem poetam ſparſa, cujuſvis eſt oſtendere, quæ prorſus è contrario, atque hæc ſint ordinata, componuntur; nec ideo tamen aut minus pulcra, aut probabilia. Quænam ergo ſunt hæc?

Audi invicta Jovis magni me filia Pallas.

Et,

Dicite jam muſæ, cœleſtia tecta tenentes.

Et,

Par ſuperis, memor eſto tui genitoris, Achille.

His

us vero deſumptus eſt ex Iliad. ὼ, ver. 486. *Sylburgius.* † Primus verſus Κλῦθί μευ, occurrit etiam Iliad. ἐ, ver. 115: ut aliis locis, ubi μοὶ legitur; at initio Iliadis, Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.

3 Τύπτε.]

Ἐν γὰρ τούτοις ἡγεῖται μὲν ῥήματα, ὑποτέτακται δὲ τὰ ὀνόματα· καὶ οὐδεὶς ἂν αἰτιάσαιτο τὴν σύνταξιν αὐτῶν ὡς ἀηδῆ.

Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἄμεινον ἐδόκουν εἶναι τὰ ῥήματα πρότερα τάττειν τῶν ἐπιῤῥημάτων· ἐπειδὰν πρότερόν ἐστι τῇ φύσει τὸ ποιοῦν ἢ πάσχον, τῶν συνεδρευόντων αὐτοῖς. τρόπου λέγω, καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ τῶν παραπλησίων, ἃ δὴ καὶ καλοῦμεν Ἐπιῤῥήματα· παραδείγμασι χρώμενος τούτοις·

[3] Τύπτε δ' ἐπιστροφάδην· τῶν δὲ στόνος ὄρνυτ' ἀεικής.
Ἤριπε δ' ἐξοπίσω, ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσεν.
Ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε, δέπας δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.

Ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ὕστερα τέτακται τῶν ῥημάτων τὰ ἐπιῤῥήματα. καὶ τοῦτο πιθανὸν μὲν ὡς τὸ πρῶτον, οὐκ ἀληθὲς δὲ, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνο. καὶ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα παρὰ τῷ ποιητῇ ἐναντίως ἢ ἐκεῖνα εἴρηται·

[4] Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Σήμερον ἄνδρα φάοσδε μογοστόκος Εἰλείθυια
Ἐκφανεῖ.

Ἆρ' οὖν χείρω τι γέγονε τὰ ποιήματα, ὑποταχθέντων ἐνταῦθα τοῖς ἐπιῤῥήμασι τῶν ῥημάτων; Ἔτι [5] καὶ τάδε ᾤόμην δεῖν μὴ παρέργως φυλάττειν, ὅπως τὰ πρότερα τοῖς χρόνοις, καὶ τῇ τάξει πρότερα λαμβάνηται· οἷά ἐστι ταυτί·

[6] Αὖ

3 Τύπτε.] Occurrit hic verſus Iliad. φ', ver. 20. At in κ', ver. 483, pro τύπτε legitur κτεῖνε. Sed utroque loco pro ὄρνυτ' in in vulgatis Homeri Edit. ὤρνυτ' ſcriptum habes: quod multo convenientius eſt. Sequens autem, in χ, ver. 467. Animo derelinquitur Andromache, occiſo Hectore. Tertius ex Odyſſ. χ, ver. 17. Antinous ab Ulyſſe inter vinum, ſagitta confixus, in menſam procumbit.

4 Botru-

[9] Διαλέκτου μὲν οὖν μέλος ἑνὶ μετρεῖται διαστήματι τῷ λεγομένῳ διὰ πέντε, ὡς ἔγγιστα, καὶ οὔτε ἐπιτείνεται πέρα τῶν τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ἐπὶ τὸ ὀξὺ, οὔτε ἀνίεται τοῦ χωρίου τούτου πλεῖον ἐπὶ τὸ βαρύ. οὐ μὴν ἅπασά γε ἡ λέξις ἡ καθ' ἓν μόριον λόγου ταττομένη [10] ἐπὶ τῆς βαρείας, ἡ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν· τῶν δὲ ἀμφοτέρας τὰς τάσεις ἐχουσῶν αἱ μὲν, κατὰ μίαν συλλαβὴν συνεφθαρμένον ἔχουσι τῷ ὀξεῖ τὸ βαρὺ, ἃς δὴ περισπωμένας καλοῦμεν· αἱ δὲ, ἐν ἑτέρῳ τε καὶ ἑτέρῳ χωρὶς ἑκάτερον ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν οἰκείαν φυλάττον φύσιν· καὶ ταῖς μὲν δισυλλάβοις οὐδὲν τὸ διὰ μέσου χωρίον βαρύτητος καὶ ὀξύτητος, ταῖς δὲ πολυσυλλάβοις, οἷαι ποτ' ἂν ὦσιν, ἡ τὸν ὀξὺν τόνον ἔχουσα μία ἐν πολλαῖς βαρείαις ἔνεστιν. Ἡ δὲ ὀργανική τε καὶ ᾠδικὴ μοῦσα, [11] διαστήμασί τε χρῆται πλείοσιν, οὐ τῷ διὰ πέντε μόνον, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ διὰ πασῶν ἀρξαμένη, καὶ τὸ διὰ πέντε μελῳδεῖ, καὶ τὸ διὰ τεσσάρων, καὶ τὸ διάτονον, καὶ τὸ ἡμιτόνιον· ὡς δέ τινες οἴονται, καὶ τὴν [12] δίεσιν αἰσθητῶς. Τάς τε λέξεις τοῖς μέλεσιν ὑποτάττειν ἀξιοῖ, καὶ οὐ τὰ μέλη ταῖς λέξεσιν, ὡς ἐξ ἄλλων τε πολλῶν δῆλον, καὶ μάλιστα τῶν Εὐριπίδου μελῶν, ἃ πεποίηκε τὴν Ἠλέκτραν λέγουσαν ἐν Ὀρέστῃ πρὸς τὸν χορόν·

[13] Σῖγα,

9 Διαλέκτου.] Ex hoc loco obſervat Voſſius in *de Pœmatum cantu*; vocem in communi ſermone ut plurimum intra *diapente* ſubſiſtere, ita ut neque plus tribus tonis cum dimidio intendatur, neque majori intervallo infra communem loquendi modum deprimatur. Idem etiam alio loco ſcribit, in cantu latius evagari tonos, quam in recitatione, aut communi ſermone, utpote in quo vitioſum habeatur ſi, vox ultra *diapente*, ſeu tres tonos & ſemitonium acuatur.

10 Ἐπὶ τῆς βαρείας.] Ante ἐπὶ τῆς, inſerendum videtur ἡ μὲν: vel pro ſequenti ἡ δὲ, reponenda disjunctiva ἢ *aut*. *Sylburg*.

11 Διαστήμα-

In communi ſermone vocis modulatio uno ut plurimum menſuratur intervallo, dicto *diapente:* ita ut neque plus tribus tonis cum dimidio intendatur ad acutum, neque majori diſtantia ad gravem accentum deprimatur. Nec vero ita ſe habet omnis dictio: quæ una ſcilicet orationis particula effertur, aut gravi aut utriſque ſubmittenda eſt. quæ vero utramque intenſionem admittunt, earum nonnullæ in una ſyllaba commiſtum habent cum acuto gravem, qui vocantur accentus circumflexi; quædam alio atque alio loco ſeorſim utrumque habent, qui propriam per ſe poteſtatem conſervant. Et quidem in diſyllabis nullus in medio locus eſt aut gravi, aut acuto accentui; ſed in polyſyllabis, qualeſcunque tandem fuerint, una eſt inter multos graves, quæ acutum habet accentum. Quæ vero fidibus & lyricorum inſtrumentis aptatur muſa, intervallis utitur pluribus, nec intra *diapente* ſubſiſtit: ſed ſumpto à *diapaſων* initio, per *diapente* concinit, & *diateſſaron*, & extentum illud genus, *diatonon* dictum, cum ſemitonio, ac ipſam ſenſili etiam, ut quidam putant, *dieſin* diſcrimine. Dictiones præterea concentui ſubmittendas poſtulat, non autem dictionibus concentum. quod cum ex multis aliis apparet, tum præcipue ex hoc Euripidis cantico, quo, fécit in Oreſte ut ad chorum uteretur Electra:

Tacite,

11 Διαςήμασι.] Diſcrimen illud, quo alter φθόγγος acutior eſt, alter gravior, appellatur διάςημα. Eſt autem φθόγγος, vox ſimplex, & utcunque miſſa. Cenſorinus cap. x. conſule Macrobium in Somn. Scip. cap. 1, lib. 2. ubi fuſius hæc omnia explicantur. Vide & Ariſtoxenum lib. 1, Harmon. Element. ubi differentiam tradit inter φωνὴν συνεχῆ & διαςηματικήν.

12 Δίεσιν.] Quid δίεσις, quæ & λεῖμμα à Platone appellatur, docent muſici, & in primis Vitruvius lib. 5. cap. 4.

13 Σῖγα

[13] Σῖγα, σῖγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης
Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε.
Ἀποπρόβατ' ἐκεῖσ', ἀπόπροθι κοίτας.

Ἐν γὰρ δὴ τούτοις τὸ, Σῖγα σῖγα λευκὸν, ἐφ' ἑνὸς φθόγγου μελῳδεῖται, καίτοι τῶν τριῶν λέξεων ἑκάστη βαρείας τε τάσεις ἔχει καὶ ὀξείας. Καὶ τὸ Ἀρβύλης, [14] ἐπὶ μέσῃ συλλαβῇ τὴν τρίτην ὁμότονον ἔχει, ἀμηχάνου ὄντος ἓν ὄνομα δύο λαβεῖν ὀξείας. καὶ τοῦ Τιθεῖτε, βαρυτέρα μὲν ἡ πρώτη γίνεται, δύο δὲ μετ' αὐτὴν ὀξύτονοί τε καὶ ὁμόφωνοι· τοῦ Κτυπεῖτε, ὁ περισπασμὸς ἠφάνισται. μιᾷ γὰρ αἱ δύο συλλαβαὶ λέγονται τάσει. καὶ τὸ, Ἀποπρόβατε, οὐ λαμβάνει τὴν τῆς μέσης συλλαβῆς προσῳδίαν ὀξεῖαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τετάρτην συλλαβὴν καταβέβηκεν ἡ τάσις τῆς τρίτης.

Τὸ δ' αὐτὸ γίνεται καὶ περὶ τοὺς ῥυθμούς. Ἡ μὲν γὰρ [15] πεζὴ λέξις οὐδενὸς οὔτε ὀνόματος οὔτε ῥήματος βιάζεται τοὺς χρόνους, οὐδὲ μετατίθησιν· ἀλλ' οἵας παρείληφε τῇ φύσει τὰς συλλαβὰς, τάς τε μακρὰς καὶ τὰς βραχείας, τοιαύτας φυλάττει. ἡ δὲ ῥυθμικὴ καὶ μουσικὴ, μεταβάλλουσιν

13 Σῖγα.] In vulgatis Euripidis Editionibus aliter leguntur hi verſus, ibi enim choro tribuuntur hi duo: Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης Τιθεῖτε· μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος: et Electræ hi, Ἀπὸ πρόβατ' ἐκεῖσ' ἀπὸ πρό μοι κοίτας: quod adnotavit etiam Stephanus. Porro λευκὸν ἴχνος in Dionyſii exempl. dici videtur obſcurum veſtigium & levi pede impreſſum: quia ſcilicet profundiora præ ſe ferunt aliquid nigredinis, ut omnia loca profundiora. at φωνὴν λευκὴν dici τὴν εὐήκοον, tradit in Organo Ariſtoteles pag. 286, & 287. *Sylburg.*

Ibid. Σῖγα.] Extat locus in Euripidis Oreſte, quem ita exhibet Editio Cantab.

Χο. Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.
Ηλ. Ἀπὸ πρόβατ' ἐκεῖ---
σ', ἀπὸ πρό μοι κοίτας.

Cavet ſoror Electra, nè furiis Oreſtes agitatus è ſomnis excitetur; ita ut male Electræ verba, quemadmodum docti adnotarunt, adſcribantur choro. Idem adeo ſentiebat, qui argumentum hujus fabulæ ſcripſit: Ἔστι δὲ ὑπονοῆσαι τοῦτο, ἐξ ὧν

τῶν

Tacite, tacite candidum ſoleæ veſtigium
Ponite, ſtrepitum ne edite.
Procul abite hinc, procul à lecto.

Nam in his, Σῖγα σῖγα λευκὸν, uno vocis ſono proferuntur; tres illæ licet dictiones, ſuas unaquæque, tam acutas quàm graves habeant intenſiones. Et vox Ἀρβύλης præterea, eundem & in media & tertia ſyllaba tonum habeat: etſi fieri minime poteſt, ut una dictio duos habeat acutos. Quin & vocabuli Τιθεῖτε, prima gravior eſt ſyllaba; duæ autem quæ ſequuntur, acutum habent accentum, eundemque ſonum: hujus denique Κτυπεῖτε, circumflexus obſcuratur; una etenim ſyllabæ duæ extenſione proferuntur, atq; adeo vox Ἀποτρέψατε, mediæ ſyllabæ acutum accentum non recipit, ſed in quartam uſque ſyllabam tertiæ rejicitur intenſio.

Quod idem ſolet etiam numeris accidere. nam oratio ſoluta neque nominis neque verbi ullius tempora, vi illata, perturbat: ſed & longas & breves ſyllabas, ſicuti à natura acceperit, eaſdem conſervat. Has vero rythmicorum & muſico-

φησὶν Ἠλέκτρα τῷ χορῷ, Σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης. Aliis porro dijudicandum relinquimus, an verba μήτ᾽ ἔσω κτύπος, huc commode ſpectent: cum ea ſilentio prætermittat Dionyſius, & verſu ab hoc quarto ſuperius, iiſdem Electra chorum alloquatur.

> Ὦ φιλτάται γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ
> Χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μήδ᾽ ἔσω κτύπος.

Sed ad rem ut redeamus: Sylburgius Σίγα σίγα, edidit. Eſt autem Σῖγα, idem cum σιγῇ, *tacite:* cujus ultima ſyllaba corripitur, ut facilius ab Imperat. σίγα, *tace*, diſtinguatur.

14 Ἐπὶ μέσῃ.] Rectius arbitror pro ἐπὶ, legatur ἔτι, *inſuper, præterea.* Καὶ τὸ Ἀρβύλης ἔτι, μέσῃ.

15 Πεζὴ λέξις.] Inſigne teſtimonium. Nihil ſane apertius dici poteſt, contra receptam apud nos accentuum rationem, eorumque uſum. Eſt autem ſuus ex his etiam (ſeu iis potius, quos veteres adhibuerunt) Accentibus ſermoni cantus, ſed paucis opinor notus. Λέγεται γὰρ δὴ καὶ λογῶδές τι μέλος, τὸ συγκείμενον ἐκ τῶν προσῳδιῶν, τὸ ἐν τοῖς ὀνόμασι. φυσικὸν γὰρ τὸ ἐπιτείνειν καὶ ἀνίεναι ἐν τῷ διαλέγεσθαι. Ariſtoxenus.

16 Ὀικεῖον

λυσιν αὐτὰς μειοῦσαι καὶ αὔξουσαι, ὥστε πολλάκις εἰς τἀναντία μεταχωρεῖν. οὐ γὰρ ταῖς συλλαβαῖς ἀπευθύνουσι τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβάς.

Δεδειγμένης δὴ τῆς διαφορᾶς, ᾗ διαφέρει μουσικὴ λογικῆς, λοιπὸν ἂν εἴη κἀκεῖνα λέγειν, ὅτι τὸ μὲν τῆς φωνῆς μέλος, λέγω δὲ οὐ τῆς ᾠδικῆς, ἀλλὰ τῆς ψιλῆς, κἂν ἡδέως διατιθῇ τὴν ἀκοὴν, εὐμελὲς λέγοιτ' ἂν, ἀλλ' οὐκ ἐμμελές· ἡ δ' ἐν τοῖς χρόνοις τῶν μορίων συμμετριάζουσα τὸ μελικὸν σχῆμα, εὔρυθμος, ἀλλ' οὐκ ἔνρυθμος. πῆ δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ταῦτα κατὰ τὸν [16] οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ. Νυνὶ δὲ τὰ ἀκόλουθα ἀποδοῦναι πειράσομαι, πῶς ἂν γένοιτο λέξις πολιτικὴ παρὰ τὴν σύνθεσιν ἡδύνουσα τὴν ἀκρόασιν, κατά τε τὰ μέλη τῶν φθόγγων, καὶ κατὰ τὰς συμμετρίας τῶν ῥυθμῶν, καὶ κατὰ τὰς ποικιλίας τῶν μεταβολῶν, καὶ κατὰ τὸ πρέπον τοῖς ὑποκειμένοις· ἐπειδὴ ταῦτα ὑπεθέμην τὰ κεφάλαια.

TMHˆMA

16 Ὀικεῖον καιρόν.] Hanc rem duabus poſtremis Sectionibus fuſius tractat.

muſicorum ſcientia, minuendo augendoque immutat, ita ut ſæpiſſime in contraria deventum ſit. Etenim ſyllabis non exigit tempora, ſed temporibus ſyllabas.

Oſtenſo jam, quâ differt à ſermone communi Muſica, reſtat ea quoque à nobis ut dicantur; quod vocis modulatio, (non quæ in cantu verſatur, dico, ſed nudam hanc quæ ad ſolutam orationem pertinet) etiamſi auribus noſtris ſe ſuaviter inſinuat, canora jure vocari poſſit, non autem cantus: quæ vero partium orationis temporibus, habita proportione, ad menſuram verſuum lyricorum ſe exigit, numeroſa itidem, non tamen numeris adſtricta. Quænam vero ſit earum differentia, ſuo dicetur loco. Sed jam quæ ordine ſequuntur, ea mihi curæ erit exponere; quali nempe verborum compoſitione ita illuminetur oratoria dictio, ut ea tam vocum modulatione, quam numerorum æquabilitate, variis mutationibus, & decoro, rei ſubjectæ accommodato, noſtris auribus jucundam afferat delectationem. Hæc enim mihi capita dicenda propoſui.

SECTIO

ΤΜΗΜΑ ιβ΄.

Πολιτικὴ λέξις πῶς τῇ συνθέσει τὴν ἀκρόασιν ἡδύνει.

[1] Οὐχ ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη τῆς λέξεως ὁμοίως διατιθέναι τὴν ἀκοήν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν ὁρατικὴν αἴσθησιν τὰ ὁρατὰ πάντα, οὐδὲ τὴν γευστικὴν τὰ γευστά, οὐδὲ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις τὰ κινοῦντα ἑκάστην· ἀλλὰ καὶ γλυκαίνουσί τινες αὐτὴν ἦχοι, καὶ πικραίνουσι καὶ τραχύνουσι, καὶ λεαίνουσι, καὶ πολλὰ ἄλλα πάθη ποιοῦσι περὶ αὐτήν. Αἰτία δ' ἥτε τῶν γραμμάτων φύσις, ἐξ ὧν ἡ φωνὴ συνέστηκε, πολλὰς καὶ διαφόρους ἔχουσα δυνάμεις, καὶ ἡ τῶν συλλαβῶν πλοκὴ παντοδαπῶς σχηματιζομένη. Τοιαύτην δὴ δύναμιν ἐχόντων τῶν τῆς λέξεως μορίων, ἐπειδὴ μεταθεῖναι τὴν ἑκάστου φύσιν οὐχ οἷόν τε, λείπεται τῇ μίξει καὶ κράσει καὶ παραθέσει συγκρύψαι τὴν παρακολουθοῦσαν αὐτῶν τισιν ἀτοπίαν, [2] τραχέσι λεῖα μισγόντα, καὶ σκληροῖς μαλακά, καὶ κακοφώνοις εὔφωνα, καὶ δυσεκφόροις εὐπρόφορα, καὶ βραχέσι μακρά, καὶ τἆλλα τὸν αὐτὸν τρόπον εὐκαίρως συντιθέντα, καὶ μήτε ὀλιγοσύλλαβα πολλὰ ἑξῆς λαμβάνοντα· κόπτεται γὰρ ἡ ἀκρόασις· μήτε πολυσύλλαβα πλείω τῶν ἱκανῶν, μηδὲ δὴ ὁμοιότονα παρ' ὁμοιοτόνοις, μηδ' ὁμοιόχρονα παρ' ὁμοιοχρόνοις. Χρὴ δὲ καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνοματικῶν ταχὺ [3] μεταλαμ-

1 Οὐχ ἅπαντα.] Conjunctionis ellipſis ſimilis, ſupra quoque notata eſt ad Sect. 2. Ἡ σύνθεσίς ἐστι. Pro ſequenti autem ὁμοίως in Aldina Editione ſpatium eſſe vacuum, propter tachygraphicum compendium à librariis ignoratum, adnotat Henricus Stephanus Schediaſmatum libro 2. cap. 14. Idem de aliis tribus locis ibidem adnotat: quorum primus extat infra, Sect. 14. Δύναται δ' οὐχ ὁμοίως κινεῖν τὴν ἀκοὴν ἅπαντα. ſecundus, Sect. 15. πλὴν οὐχ ὁμοίως. tertius, Sect. 21. οὐχ ὁμοίως αὐτὰ συντίθεμεν. Rurſum eandem Editionem Aldinam eo in loco

Sectio XII.

Qua compoſitione oratoria civilisque dictio, audientiæ grata ſit & jucunda.

NON omnes à natura ſolent orationis partes eadem ratione auditum afficere; ſicuti neque viſum ea omnia, quæ adſpectu ſentiuntur; neque guſtandi facultatem, quæ guſtu percipi poſſunt; nec alios ſenſus, quæ ſingulos eorum movent, etenim ex ſonis alii deliniunt, alii etiam exacerbant aures noſtras, ſuaque aſperitate perſtringunt, alii molliunt, & varios omnino affectus excitant. Cujus rei cauſa eſt, tam literarum natura è quibus vox conſtituitur, quæ multas variaſque poteſtates habet, quam multiplex ſyllabarum copulatio, diverſis modis conformata. Cum eam itaque vim habeant orationis partes, nec in noſtra poteſtate ſit earum naturas immutare, ſupereſt, miſtura, temperata poſitione, ac ſitu aſperitatem, earum nonnullis quæ videtur ineſſe, occultemus, levia miſcentes aſperis, duris mollia, ſonora male ſonantibus, prolatu facilia difficilioribus, longa brevibus, cæteraque omnia pari ratione concinne componentes; ut neque paucarum ſyllabarum dictiones multas ordine aſſumamus (nam inde offenduntur aures noſtræ) neque plures ex polyſyllabis, quam neceſſe ſit, aut quæ ſunt ejuſdem accentus, aut temporum ſimilium. Quin & nominum caſus ſubinde oportet correptos dare: nam plus

loco qui ſupra exſtat Sect. 6. Οὐ γὰρ δὴ πάντα γε μετὰ πάντων τιθέμενα ὁμοίως πέφυκεν διατίθεναι τὰς ἀκοάς: pro ὁμοίως habere οὖν, per ejuſdem compendii ignorationem, adnotat ibidem idem Stephanus. *Sylburg.*

2 Τραχέσι λεῖα.] Fabius idem præcipit, lib. 9. cap. 4. *Miſcendi ſunt* pedes, *curandumque ut ſint plures qui placeant, & circumfuſi bonis deteriores lateant. Nec vero in literis ſyllabiſque natura mutatur, ſed refert quæ cum qua optime coëat,*

[3] μεταλαμβάνειν· [4] μηκυνόμεναι γὰρ ἔξω τοῦ μετρίου, πάνυ προσίστανται ταῖς ἀκοαῖς· καὶ τὴν ὁμοιότητα διαλύειν, συνεχῶς ὀνομάτων τινῶν ἑξῆς τιθεμένων πολλῶν ῥημάτων, καὶ τῶν ἄλλων μερῶν, τὸν κόρον φυλαττόμενον· σχήμασί τε μὴ τοῖς αὐτοῖς [5] διαμένειν, ἀλλὰ θαμινὰ μεταβάλλειν, καὶ τρόπους μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐπεισφέρειν, ἀλλὰ ποικίλλειν· μηδὲ δὴ ἄρχεσθαι πολλάκις ἀπὸ τῶν αὐτῶν, μηδὲ λήγειν εἰς τὰ αὐτὰ, ὑποτείνοντα τὸν ἑκατέρου καιρόν.

Καὶ μηθεὶς οἰηθῇ με καθάπαξ ταῦτα παραγγέλλειν, ὡς ἡδονῆς αἴτια διὰ παντὸς ἐσόμενα, ἢ τοὐναντίον ὀχλήσεως· οὐχ οὕτως ἀνόητός εἰμι. οἶδα γὰρ ἐξ ἀμφοῖν γινομένην πολλάκις ἡδονὴν, τοτὲ μὲν ἐκ τῶν ἀνομοίων, ποτὲ δὲ ἐκ τῶν ὁμογενῶν. ἀλλ' ἐπὶ πάντων οἴομαι δεῖν ” [6] τὸν καιρὸν ὁρᾶν. οὗτος γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀηδίας κράτιστον ” μέτρον. Καιροῦ δὲ οὔτε ῥήτωρ οὐδεὶς, οὔτε φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν· οὐδ' ὅσπερ πρῶτος ἐπεχείρησε περὶ αὐτοῦ γράφειν [7] Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὐδ' ὅ τι λόγου ἄξιον ἔγραψεν. οὐδὲ ἔχει φύσιν τὸ πρᾶγμα εἰς ” καθολικὴν καὶ ἔντεχνόν τινα περίληψιν πεσεῖν. οὐδ' ὅλως ” ἐπιστήμῃ θηρατός ἐστιν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ δόξῃ. Ταύτην δὲ οἱ μὲν ἐπὶ πολλῶν καὶ πολλάκις γυμνάσαντες, ἄμεινον τῶν ἄλλων εὑρίσκουσιν· οἱ δὲ ἀνάσκητον ἀφέντες, [8] σπανιώτερον, καὶ ὥσπερ ἀπὸ τύχης. Ἵνα

3 Μεταλαμβάνειν.] *Corripere*, συναρπάσαι, ſeu ἀλλάσσειν. Paulo poſt pro πολλῶν ῥημάτων, πολλῶν τε forſan legendum, commate poſt τιθεμένων poſito: ſeu, ἑξῆς τιθεμένων πολλῶν, ῥημάτων τὲ, καὶ τῶν. Ita enim legenti omnia multo erunt clariora.

4 Μηκυνομέναι.] Quale iſtud poetæ Dithyrambici, Ἑρμοκαϊκόξανθος, ab Ariſtotele prolatum: ideoque illud Pacuvii reprehendit Fabius:

Nerei
Repandiroſtrum incurvicervicum pecus.

5 Διαμένειν.] Forſan legendum ἐνδιαμένειν. *Sylburg.*

6 Τὸν καιρὸν ὁρᾶν.] Vide hac de re quid ſcripſit Quintilianus, lib. 11. cap. 1.

7 Γοργίας

plus æquo producti in longitudinem, graviſſime auribus inſultant: ſimilia etiam ne occurrant, cavendum eſt, multis inter ſe nominibus ordine, aut verbis, reliquiſve orationum partibus temere conjectis, vitandæ ſatietatis gratia. Nec iiſdem loquendi formulis immorandum, quas ſubinde nos debemus mutare; nec iiſdem continuo, ſed variis figuris utendum eſt; neque principia ſunt ab iiſdem ſæpius ſumenda, nec cum ſimilibus deſinendum, obſervata utriuſque opportunitate.

Nemo autem arbitretur me hæc in univerſum præcipere, tanquam perpetuo eſſent delectationem, alia vero moleſtiam, allatura: non ſum adeo demens. Novi etenim ex utriſque conflatam voluptatem, modo ex diſſimilibus, modo ſimilibus; ſed rerum opportunitatem præcipue advertendam eſſe cenſeo. eſt enim tam jucundi, quam injucundi menſura præſtantiſſima. nec tamen aut rhetorum quiſquam, aut philoſophorum huc uſque opportunitatis artem definivit: neque ipſe Gorgias Leontinus, qui primus de ea ſcribere aggreſſus eſt, quicquam alicujus momenti protulit. Neque ita ſane res eſt à natura comparata, ut in generalem poſſit atque artificioſam comprehenſionem cadere. nulla etenim omnino ſcientia, opinione duntaxat, percipi poteſt opportunitas. Qua in re quicunque diu & frequentiſſime ſe exercuerunt, eam aliis multo felicius adinveniunt: dum ii contra, qui inexercitatam omiſere, longe longeque rarius, idque non niſi fortuito, aſſequuntur.

Ut

7 *Γοργίας.*] Rhetor & ſophiſta, ex oppido Siciliæ Leontino: qui de omni re quæcunque in deſceptationem quæſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum profitebatur; iſque princeps ex omnibus auſus eſt in conventu poſcere, qua de re quiſque vellet audire. cui tantus honos habitus eſt, ut Delphis aurea donaretur ſtatua. Centum & ſeptem complevit annos: neque unquam, ut ait Cicero, in ſuo ſtudio atque opere ceſſavit.

8 *Σπανιώτερον.*] In vulgatis Editionibus ſcriptum eſt *σπανιώτεραν*, *variorem.* noſtrum adverbium *σπανιώτερον*, melius quadrat ad præcedens *ἄμεινον.* *Sylburg.*

Ἵνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἴπω, ταῦτ᾽ οἴομαι χρῆναι φυλάττειν ἐν τῇ συνθέσει τὸν μέλλοντα διαθήσειν τὴν ἀκοὴν ἡδέως· τὰ εὐμελῆ καὶ εὔρυθμα καὶ εὔφωνα ὀνόματα, ὑφ᾽ ὧν γλυκαίνεταί τε καὶ μαλάττεται, καὶ τὸ ὅλον οἰκείως διατίθεται ἡ αἴσθησις, ταῦτα ἀλλήλοις συναρμόττειν, ἢ τὰ μὴ τοιαύτην ἔχοντα φύσιν ἐγκαταπλέκειν τε καὶ συνυφαίνειν τοῖς δυναμένοις [9] αὐτὴν γοητεύειν, ὥστε ὑπὸ τῆς ἐκείνων χάριτος ἐπισκοτεῖσθαι τὴν τούτων ἀηδίαν· οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ φρόνιμοι [10] στρατηλάται κατὰ τὰς τάξεις τῶν στρατευμάτων. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι συγκρύπτουσι τοῖς ἰσχυροῖς τὰ ἀσθενῆ, καὶ γίνεται αὐτοῖς οὐδὲν τῆς δυνάμεως μέρος ἄχρηστον. Διαναπαύειν τε καὶ ταυτότητά φημι δεῖν, μεταβολὰς εὐκαίρους εἰσφέροντα. καὶ γὰρ " ἡ μεταβολὴ παντὸς ἔργου [11] χρῆμα ἡδύ. Τελευταῖον δὲ, ὃ δὴ καὶ πάντων ἐστὶ κράτιστον, οἰκείαν ἀποδιδόναι τοῖς ὑποκειμένοις καὶ πρέπουσαν ἁρμονίαν. Δυσωπεῖσθαι δὲ οὐδὲν οἴομαι δεῖν, οὔτε ὄνομα, οὔτε ῥῆμα· οὔτ᾽ ἐπιτέτραπται μὴ σὺν αἰσχύνῃ λέγεσθαι. [12] οὐδὲν γὰρ οὕτω ταπεινὸν, ἢ ῥυπαρὸν, ἢ μιαρὸν, ἢ ἄλλην τινὰ δυσχέρειαν ἔχον ἔσεσθαί φημι λόγου μέρος, ᾧ σημαίνεταί τι σῶμα ἢ πρᾶγμα, ὃ μηδεμίαν ἕξει χώραν ἐπιτηδείαν ἐν λόγοις.

Παρακελεύομαι δὲ ἐν τῇ συνθέσει πιστεύοντας ἀνδρείως πάνυ καὶ τεθαῤῥηκότως αὐτὰ ἐκφέρειν, Ὁμήρῳ τε παραδείγματι χρωμένους, παρ᾽ ᾧ καὶ τὰ εὐτελέστατα κεῖται τῶν ὀνομάτων· καὶ Δημοσθένει, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὧν ὀλίγον ὕστερον μνησθήσομαι, καθ᾽ ὅτι ἂν ἁρμόττῃ περὶ ἑκάστου. Ταῦτά μοι περὶ τῆς ἡδείας εἰρήσθω συνθέ-

9 Αὐτὴν γοητεύειν.] Τὴν αἴσθησιν, *audiendi ſenſum.*

10 Στρατηλάται.] Fortaſſe ad hos poetæ verſus, Iliad. δ, ver. 297. alludit:

Ἱππῆας μὲν πρῶτα καὶ ἐσθλοὺς,
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο· κακοὺς
δ᾽ ἐς μέσσον ἔλασσε.

11 Χρῆμα ἡδύ.] Idem in Epiſt. ad Pompejum, ἡδὺ χρῆμα ἐν ἱστορικαῖς γραφαῖς μεταβολή.

12 Οὐδὲν

Ut vero & de cæteris pariter loquar, hæc illi in collocatione obſervanda cenſeo, qui auribus placere ſtudeat; ut verba ſuavi modulatione temperata, numeroſa, ac ſonora, quibus egregie delinitur audiendi ſenſus, & ſumma voluptate perfunditur, ſibi invicem connectat; aut ſi quorundam ea non fuerit natura, potentioribus paſſim immiſceat quæ valeant aures noſtras variis affectibus exercere; ut illorum venuſtate atque gratia, hiſce aſperis injucundiſque quaſi velum obtendatur. id quod ordinibus inſtruendis prudentiſſimi Imperatores factitant. Etenim infirmiora ſolent illi fortioribus occultare; quo fit, ut nulla copiarum pars inutilis reddatur. Aio etiam ab iterationibus eſſe abſtinendum, & commodas mutationes inſerendas. Eſt enim in omni re varietas gratiſſima. Poſtremo, ut propria rei ſubjectæ atque accommodata, (quod omnium præſtantiſſimum eſt) ſtructura adhibeatur. Nullum præterea de ſede aut nomen, aut verbum cum dedecore moveri debere arbitror: nec ideo committendum, ut quæ pudorem incutiant, eloquamur. Nam ne ullam quidem adeo humilem, aut ſordidam, aut impuram, aut alia quavis aſperitate præditam, fore dico orationis particulam, qua corpus aut res notatur, quin commodum in ſermone noſtro locum habitura ſit.

Moneo porro atque hortor, iſta ut omnia ſecuri nulla omnino dubitatione ſcriptores efferant, Homeri exemplum ſecuti, apud quem vocabulorum quæque etiam viliſſima reperiuntur; nec non Demoſthenis, ac Herodoti, aliorumque; quibus de ſingulis paulo inferius, quantum ad inſtitutum faciat, dicetur. Hæc vero de jucunda compoſitione dicta ſint, pauca

12 'Ουδὲν γὰρ ἔτω.] Quo igitur ſenſu ſunt hæc Petronii intelligenda? *Effugiendum eſt ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate, & ſumendæ voces à plebe ſubmotæ, ut fiat,* *Odi profanum vulgus, & arceo.* Videtur Dionyſio contraria præcipere, & prorſus repugnantia. Neque enim ſatis erit dixiſſe, hæc præcepta ad poetas ſolummodo pertinere.

13 Eἶεν.

συνθέσεως, ὀλίγα μὲν ὑπὲρ πολλῶν θεωρημάτων, ἱκανὰ δὲ, ὡς κεφάλαια, [13] εἶεν.

13 Εἶεν.] Wolfius pro εἶεν, legit εἶναι. *Sylburg.*

ΤΜΗΜΑ ιγʹ.

Καλὴ πῶς γίνεται ἡ τῆς λέξεως, καὶ τῶν κώλων ἁρμονία.

ΚΑλὴ δὲ ἁρμονία πῶς γένοιτ' ἄν, εἴ τις ἔροιτο, ἢ ἐκ ποίων θεωρημάτων, οὐκ ἄλλως πῶς μὰ Δία φαίην ἄν, οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν, ἢ ἐξ ὧνπερ ἡδεῖα. τὰ γὰρ αὐτὰ ποιητικὰ ἀμφοῖν, Μέλος εὐγενὲς, Ῥυθμὸς ἀξιωματικὸς, Μεταβολὴ μεγαλοπρεπὴς, [1] τὸ πᾶσι τούτοις παρακολουθοῦν Πρέπον. ὥσπερ γὰρ ἡδεῖά τις γίνεται λέξις, οὕτω καὶ γενναία τις ἑτέρα· καὶ ῥυθμὸς ὥσπερ γλαφυρός τις, οὕτω καὶ σεμνὸς ἕτερος· καὶ τὸ μεταβάλλειν ὥσπερ χάριν ἔχει τινὰ, οὕτω καὶ πιθανόν. τὸ δὲ δὴ πρέπον εἰ μὴ τοῦ καλοῦ πλεῖστον ἕξει μέρος, σχολῇ γ' ἂν ἄλλου τινός. Ἐξ ἁπάντων δή φημι τούτων ἐπιτηδεύεσθαι δεῖν τὸ καλὸν ἐν ἁρμονίᾳ λέξεως, ἐξ ὧνπερ καὶ τὸ ἡδύ. Αἰτία δὲ κἀνταῦθ', ἥ τε τῶν γραμμάτων φύσις, καὶ ἡ τῶν συλλαβῶν δύναμις, ἐξ ὧν πλέκεται τὰ ὀνόματα. Ταῦτα ὑπὲρ ὧν καιρὸς ἂν εἴη λέγειν, ὥσπερ ὑπεσχόμην.

ΤΜΗ͂ΜΑ

1 Τὸ πᾶσι] Dictio ἀσύνδετος celeritatem exprimit, aut orationi etiam conciliat venuſtatem. hoc tamen loco copulam καὶ fortaſſe inſertam malueris, καὶ τὸ πᾶσι. Vide initium Sectionis undecimæ. Eadem fere habet Dionyſius in libello Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, ſed locus corruptus eſt, pag. 192, Edit.

pauca ſane de multis doctrinis, ſed quæ capitum loco ſatis ampla videri poſſint.

Sectio XIII.

Quibus præceptis pulcra efficiatur orationis membrorumque Structura.

Pulcra vero Structura quomodo efficiatur, interroganti, aut quibus ex præceptis, non aliunde equidem, aut ex aliis hercule reſponderem, quam quibus fit jucunda. Nam eadem utrumque conſtituunt, concentus nobilis, numeri cum dignitate graves, magnifica permutatio, &, hæc omnia quod conſequitur, decorum. Quemadmodum enim jucunda quædam fit oratio, ita & alia generoſa: & numerus ut alius politus eſt, ita alius gravis: ſua etiam ut permutationi ineſt gratia, ita & ſuadendi facultas. Jam vero ſi maximam pulcritudinis partem decorum non habuerit, nedum aliûs rei cujuſpiam particeps futurum eſt. Ex his itaque omnibus conficiendam arbitror Structuræ orationis pulcritudinem, unde etiam conſtituitur jucunditas. Eſt autem & hoc loco cauſa tam literarum natura, quam poteſtas ſyllabarum, è quibus componuntur vocabula. Sed de his jam tempus eſt, ſicuti pollicitus ſum, dicendi pauca.

Sectio

Edit. Sylb. Εὕρισκε δὴ (ὁ Δημοσθένης) τὰ μὲν αὐτὰ ἀμφοτέρων (κάλλους καὶ ἡδονῆς) ὄντα αἴτια, τὰ μέλη, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τὰς μεταβολὰς, καὶ τὸ παρακολουθοῦν ἅπασιν αὐτοῖς παρέϊτιον. Quid ſit παρέϊτιον hoc loco ignotum eſt: lego itaque ſenſu poſtulante, τὸ πρέπον.

ΤΜΗΜΑ. ιδ'.

Φωνῆς στοιχεῖα τὰ γράμματα· καὶ αὐτῶν ἡ φύσις διάφορος.

Ἀρχαὶ μὲν οὖν εἰσι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἐνάρθρου φωνῆς, αἱ μηκέτι δεχόμεναι διαίρεσιν, ἃς καλοῦμεν στοιχεῖα καὶ γράμματα· [1] γράμματα μὲν, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται· στοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. Τῶν δὲ στοιχείων τε καὶ γραμμάτων οὐ μία πάντων φύσις, διαφορὰ δὲ αὐτῶν. Πρώτη μὲν, ὡς [2] Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ἣν τὰ μὲν, φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ, ψόφους· φωνὰς μὲν, τὰ λεγόμενα φωνήεντα· ψόφους δὲ, τὰ λοιπὰ πάντα. Δευτέρα δὲ, καθ' ἣν τῶν [3] φωνηέντων ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ [4] ψόφους ὁποίους δή τινας ἀποτελεῖν πέφυκε, [5] ῥοῖζον, ἢ συριγμὸν, ἢ ποππυσμὸν, ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικά· ἃ δὲ ἐστὶν ἁπάσης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου, καὶ οὐχ οἷά τε ἠχεῖσθαι καθ' ἑαυτά· ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες ἐκάλεσαν, θάτερα δὲ, ἡμίφωνα. Οἱ δὲ τριχῆ νείμαντες τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις φωνῆς δυνάμεις, φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν, ὅσα καὶ καθ' ἑαυτὰ φωνεῖται

1 Γράμματα.] Ita etiam ex *lineatura* contractam eſſe literam arbitratur Jul. Scaliger.

2 Ἀριστόξενος.] Muſicus peritiſſimus tempore Alexandri regis, Tarento natus Italiæ oppido, ſed Mantineæ plurimam ætatis partem degit. Muſicæ grammaticen ſubjectam putavit, utriuſque rei præceptor. *Vocis rationem*, inquit Fabius, *dividit in ῥύθμον, & μέλος ἐμμελές: quorum alterum modulatione, alterum canore ac ſonis conſtat.*

3 Φωνηέντων.] Lege συμφώνων, ſenſu poſtulante.

4 Ψόφους.] Eadem fere habet, & fortaſſe à Dionyſio mutuata, Sextus Empiricus: Καὶ ἡμίφωνα μὲν, ὅσα δι' αὐτῶν ῥοῖζον,

Sectio XIV.

Vocis elementa eſſe literas; quarum naturæ differentes oſtenduntur.

PRincipia humanæ articulatæque vocis ſunt, quæ diviſionem ulterius non admittunt; quæque elementa vocamus & literas. Literæ appellantur, quia lineis quibuſdam exprimuntur: elementa, quia primam ex his originem vox omnis ſumit, extremoque in ea ſe reſolvit. Eſt autem non una omnium elementorum literarumque natura; ſed variæ differentiæ. Prima eſt, quemadmodum tradit Ariſtoxenus muſicus, qua voces literæ aliæ, aliæ ſonos tantum conficiant: voces ex vocalibus, è reliquis formantur ſoni. ſecunda vero, qua conſonantium quædam per ſe ſonos qualeſcunque ſoleant edere, veluti ſtridorem, aut ſibilum, aut quo noſtra exprimitur averſatio, & quæcunque iſtiuſmodi ſonos indicant; quædam autem omnis vocis & ſoni expertes, ne poſſint quidem omnino per ſe voce pronunciari: has nonnulli mutas appellarunt, illas ſemivocales. Quidam vero triplici diviſione inſtituta primarum vocis poteſtatum, vocales appellarunt, quæ tam per ſe, quam cum aliis conjunctæ,

ζον, ἢ σιγμὸν, ἢ μυγμὸν, ἢ τινα παραπλήσιον ἦχον κατὰ τὴν ἐκφώνησιν ἀποτελεῖν πεφυκότα. Ex hoc loco Dionyſii pro σιγμὸν, συριγμὸν corrige.

5 ῾Ροῖζον.] Generio caſu legendum videtur, ῥοίζου, ἢ συριγμοῦ, ἢ ἀποπτυσμοῦ: aut pluraliter, ῥοίζων, ἢ συριγμῶν, ἢ ἀποπτυσμῶν. Significantur autem his nominibus litteræ ρ, σ, π, cum cognatis β, φ. Nam in his quoque, etiamſi non accedat vocalis ulla, φωνῆς τινος ſeu ἤχου σημασία eſt. Wolfium quoque gignendi caſu legiſſe ῥοίζων, monuit me Hœſchelius meus. *Sylburg.*

Ibid. ῾Ροῖζον.] Inſere ὡς ante ῥοῖζον, & nulla caſuum mutatione opus erit. Atque haud ſcio, an per ſe etiam ſana ſententia ſit, Appoſitione, ut loquuntur Grammatici, connexa.

νεῖται, καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ ἔστιν αὐτοτελῆ· ἡμίφωνα δέ, ὅσα μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων κρεῖττον ἐκφέρεται, καθ' ἑαυτὰ δὲ χεῖρόν τε καὶ οὐκ αὐτοτελῶς· ἄφωνα δέ, ὅσα οὔτε τὰς τελείας, οὔτε τὰς ἡμιτελείας φωνὰς ἔχει καθ' ἑαυτά, μεθ' ἑτέρων δὲ ἐκφωνεῖται.

Ὁ ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν ὅστις ἐστίν, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀκριβῶς· ἐπεὶ πολλὴν παρέσχε καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα. Οἱ μὲν γὰρ ᾠήθησαν εἶναι [6] τρισκαίδεκα τὰ πάντα τῆς φωνῆς στοιχεῖα, κατεσκευάσθαι δὲ τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων· οἱ δέ, καὶ τῶν [7] εἰκοσιτεσσάρων, οἷς χρώμεθα νῦν, πλείω. Ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων θεωρία, Γραμματικῆς τε καὶ [8] Μετρικῆς, εἰ βούλεταί τις, καὶ Φιλοσοφίας οἰκειοτέρα. ἡμῖν δὲ ἀπόχρη μήτε ἐλάττους τῶν κδʹ, μήτε πλείους ὑποθεμένοις, δεικνύναι τὰς τῆς φωνῆς ἀρχάς, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῇ λέγειν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν φωνηέντων ποιησαμένοις.

Φωνήεντα.

Ἔστι δὲ ταῦτα τὸν ἀριθμὸν ζʹ· δύο μὲν μακρά, τό τε η καὶ τὸ ω· [9] δύο δὲ βραχέα, τό τε ε, καὶ τὸ ο. τρία δέ, [10] δίχρονα, τό τε α καὶ τὸ ι καὶ

ἃ καὶ

6 Τρισκαίδεκα.] Pro τρισκαίδεκα legendum videtur ἑκκαίδεκα, *ſexdecim.* Nam, ut Plinius tradit, lib. 7, cap. 56, Cadmus olim è Phœnice in Græciam intulit literas ſedecim numero, Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ. quibus poſt à Palamede, Simonide, Epicharmo, additæ ſunt literæ compoſitæ; duæ vocales, η & ω: tres ſemivocales, ζ, ξ, ψ: tres mutæ aſpiratæ, θ, χ φ. Siquis τρισκαίδεκα retinendum putet, è ſedecim paulo ante numeratis demendæ erunt medii generis mutæ, β, γ, δ. *Sylburg.*

7 Εἰκοσιτεσσάρων.] De literis paſſim multi multa ſcripſere; eaſque à Phœnicibus in Græciam deveniſſe, Cadmi miniſterio, traditum eſt. Joſephus contra Appionem, non longe ab initio: παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. unde Timon Phliaſius, Φοινικικὰ σήματα Κάδμου. Quot vero Cadmus Græciæ intulerit, omnino dubium eſt: Ariſtoteles fuiſſe duodeviginti, videtur indicare; dum totidem, Plinio teſte, *priſcas* vocat. Poſtea Palamedis ingenio, Epicharmi atque Simonidis ad numerum viginti quatuor auctæ

junctæ, vocem edunt abſolutam; ſemivocales vero, quæ melius cum vocalibus efferuntur, per ſe tenuioris ſoni, nec jam perfecti: mutas denique, quæ neque perfectam per ſe vocem neque imperfectam habent, ſed cum aliis una pronunciantur.

Literarum numerum, qui ſit, non adeo facile eſt exacte dicere: eſt enim quæſtio, quæ difficultate pæne inextricabili vetuſtiores ante nos ſatis exercuit. Nonnulli vocis elementa omnia eſſe tredecim numero putaverunt, & ex his conſtitui reliqua; alii autem viginti quatuor, quibus hoc tempore nos utimur, & eo etiam plura. Sed de his inſtituta conſideratio grammaticæ multo magis, metricæque facultati, aut etiam, ut quidam volunt, philoſophiæ familiaris eſt & propria. nobis quidem ſufficit, neque pauciores viginti quatuor, neque plures admittentibus literas, principia vocis, & quæ ei accidunt, enarrare, initio à vocalibus facto.

Vocales.

Sunt autem numero ſeptem: duæ quidem longæ, η & ω, totidem breves, ε & ο, tres vero communes, α, ι, υ, quæ & producuntur & corripiuntur

auctæ ſunt; quas barbaris adeo hiſce vocabulis, Κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμώ, δρώψ, è veteribus nonnulli exprimebant, ut eſſet στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία.

8 Μετρικῆς.] Gellius lib. 16, cap. 18. *Eſt & alia ſpecies Geometriæ, quæ appellatur* μετρική: *per quam ſyllabarum longarum, & brevium, & mediocrium junctura & modus congruens cum principiis Geometriæ aurium menſura examinatur.* Hanc etiam diſputationem Ariſtoteles arti metricæ adjudicat, in περὶ Ποιητικῆς cap. 20: ἀλλὰ καὶ τούτων θεωρῆσαι τὰς διαφορὰς τῆς Μετρικῆς ἐστι.

9 Δύο δὲ βραχέα.] Hoc membrum, δύο δὲ βραχέα, τό τε ε, καὶ τὸ ο, quod Editio Sylburgiana non exhibet, in contextum ex eruditiſſimo Thomæ Smithi, qui hæc verba citat, libello de *Recta linguæ Græcæ pronunciatione*, inſerui.

10 Δίχρονα.] De his ita Sextus Empiricus: ἅπερ δίχρονα καὶ ὑγρὰ καὶ ἀμφίβολα καὶ μεταβολικὰ καλοῦσιν. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν πέφυκεν ὅτε μὲν ἐκτείνεσθαι, ὅτε δὲ συστέλλεσθαι, οἷον τὸ μὲν α ἐπὶ τοῦ,

Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

τὸ δὲ ι,

Ἶλιον εἰς ἱρήν· τῇ δ' ἀντίος ὤρνυτ' Ἀπόλλων.

τὸ δὲ υ,

Θεσπέσιον νεφέων ἐκ Διὸς ὕσεν ὕδωρ.

11 Αὐτῶν

τὸ υ, ἃ καὶ ἐκτείνεται, καὶ συστέλλεται· ἃ οἱ μὲν δίχρονα, ὥσπερ ἔφην, οἱ δὲ μεταπτωτικὰ καλοῦσιν. Ἐκφωνεῖται δὲ ταῦτα πάντα, τῆς ἀρτηρίας συνηχούσης τὸ πνεῦμα, καὶ τοῦ στόματος ἁπλῶς σχηματιζομένου, τῆς τε γλώσσης οὐδὲν πραγματευομένης, ἀλλ' ἠρεμούσης. πλὴν τὰ μὲν μακρὰ, καὶ τῶν διχρόνων ὅσα μακρῶς λέγεται, τεταμένον λαμβάνει καὶ διηνεκῆ τὸν αὐλὸν τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ βραχέα, ἢ βραχέως λεγόμενα, ἐξ ἀποκοπῆς τε καὶ μιᾷ πληγῇ πνεύματος, καὶ τῆς ἀρτηρίας ἐπὶ βραχὺ κινηθείσης ἐκφέρεται. Τούτων δὴ κράτιστα μέν ἐστι, καὶ φωνὴν ἡδίστην ἀποτελεῖ τά τε μακρὰ, καὶ τῶν διχρόνων ὅσα μηκύνεται κατὰ τὴν ἐκφορὰν, ὅτι πολὺν ἠχεῖται χρόνον, καὶ τοῦ πνεύματος οὐ κατακόπτει τὸν τόνον· χείρω δὲ τὰ βραχέα, ἢ τὰ βραχέως λεγόμενα, ὅτι μικρόφωνά τέ ἐστι καὶ σπαδονίζει τὸν ἦχον. [11] Αὐτῶν δὲ τῶν μακρῶν [12] εὐφωνότατον τὸ α, ὅταν ἐκτείνηται· λέγεται γὰρ ἀνοιγομένου τοῦ στόματος ἐπὶ πλεῖστον, καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου πρὸς τὸν [13] οὐρανόν. [14] δεύτερον δὲ τὸ η, ὅτι

κάτω

11 Αὐτῶν δὲ τῶν.] Hunc locum uſque ad ἡμιφώνων δὲ τοιάδε, profert idem Tho. Smithus in libro quem ſupra laudavimus; ubi occurrunt hæ lectiones variantes. pro εὐφωνότατον, habet ἐκφωνότατον: pro ἐκτείνηται, indic. ἐκτείνεται, & ἐρείδῃ ſubjunct. pro ἐρείδει. Idem στρογγύλλεται gemino λ, ut emendat Sylburgius. mox pro γενομένης, legit γινομένης: & ἐμπίπτει ὁ ἦχος, quod vertit, *anguſtus incidit ſonus:* nec τε particulam poſt ὀδόντας agnoſcit: & pro οὐκ ἐπιλαμπρυνόντων, οὐκ ἔτι λαμπρυνόντων. denique, poſito poſt θατέρου puncto, legit ὁ τὴν πληγήν: figitque ante φύσις articulam ἡ, αὐτὴ ἡ φύσις. Tum vero in authoris laudem his verbis prorumpit: *Quis Apelles aut Parrhaſius faciem hominis penicillo, vel coloribus, exprimere potuit felicius, differentiamque conſtituere inter diverſos vultus, quam hic verbis vocalium naturam diſtinxit ac ſeparavit?*

12 Εὐφωνότατον τὸ α.] Omnium literarum, ut dignitate, ita quoque ordine prima eſt apud pleraſque gentes A vocalis. Quam vaſtam & ſonoram hæc edat vocem, vel ipſe ſatis declarat oris hiatus. Suavitate fere deſtituitur, ſed magnificentia aures propemodum percellit.

tur; & ab aliis, quemadmodum ſuperius dixi, communes, ab aliis mutabiles appellantur. Omnes autem, arteria ſpiritum cohibente, & ſimplici oris conformatione proferuntur, lingua interim nihil adlaborante, ipſa prorſus quieta. Verum longæ, & ancipitum quotquot longo efferuntur tempore, extentum capiunt & continuum ſpiritus meatum: breves è contra, aut brevi tempore prolatæ, vocis obtuſione facta, itemque una ſpiritus percuſſione, ipſa leniter arteria ad tempus breviſſimum mota, pronunciantur. Ex his præſtantiſſimæ ſunt, vocemque adeo jucundiſſimam edunt longæ, & communium quæcunque inter efferendum producuntur; quippe diu ſonant, nec ſpiritûs reſcindunt tenorem. Breves autem, & breviter dictæ, deteriores habendæ ſunt: nam ſoni multo ſunt exilioris, & quaſi caſtratam vocem emittunt. Inter longas α ſonantiſſima eſt, quum extenditur: ore enim plurimum dilatato profertur, ſurſumque ſpiritu palatum verſus ſublato. Huic proxima eſt η; quod infra

cellit. In culto ſermone magnam præ ſe fert majeſtatem, eadem tamen, ſi nimium producatur ejus ſonus, vocem edit ruſticam. Quomodocunque tamen prolata ſemper grande & vaſtum quid ſonat. Merito itaque laudatur non in Bucolicis tantum, ſed & dithyrambicis ſcriptoribus, qui latos & patentes affectant ſonos, ideoque perpetui ſunt in Doriſmis. *Iſ. Voſſius.*

13 Ὀυρανόν.] Satis audax Metaphora, præcipue à pedeſtri ſcriptore prolata. Nam Lucretium quidem inter Latinos poetica tuetur licentia, dum ſcribit:

Suaviter omnia tractant
Humida linguaï circum ſudantia templa.

Videntur autem hac in re ad Μικρὸν κόσμον alludere: qua ſcilicet appellatione nihil auguſtius de *Homine* potuerunt veteres excogitare. Sicut etiam à Chryſoſtomo (Hom. 19. in Epiſt. ad Epheſ.) vocatur οὐρανὸς, καλὴ καὶ μεγάλη καμάρα, *pulcer & magnus fornix:* ita ἡ τοῦ ἀνθρώπου καμάρα, ſive *palatum*, οὐρανὸς dici poteſt. Nec minorem ὑπερῷον ſeu ὑπερῷα, qua voce *palatum* ſignificatur, præ ſe fert audaciam. Mox adeo poſt ἀνοιγομένου, deeſſe videtur τοῦ ςόματος.

14 Δεύτερον δὲ τὸ υ.] Nulla hac blandior eſt litera, cum fractum & effeminatum habeat ſonum. Grandi itaque & ſublimi orationis generi penitus eſt contraria; quapropter apud dithyrambicos poetas vix unquam occurrit. Quod ſiquis frequenter

κάτω περὶ τὴν βάσιν τῆς γλώσσης ἐρείδει τὸν ἦχον ἀκόλουθον, ἀλλ' ἐκ ἄνω, καὶ μετρίως ἀνοιγομένου. [15] τρίτον δὲ τὸ ω. [16] στρογγύλλεταί τε γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ στόμα, καὶ περιστέλλει τὰ χείλη, τήν τε πληγὴν τὸ πνεῦμα περὶ τὸ ἀκροστόμιον ποιεῖται. [17] Ἔστι δὲ ἧττον τούτου τὸ υ. περὶ γὰρ αὐτὰ τὰ χείλη συστολῆς γινομένης ἀξιολόγου, πνίγεται, καὶ στενὸς ἐκπίπτει ὁ ἦχος. [18] Ἔσχατον δὲ πάντων τὸ ι. περὶ τοὺς ὀδόντας τε γὰρ ἡ κροῦσις τοῦ πνεύματος γίνεται, μικρὸν ἀνοιγομένου τοῦ στόματος, καὶ οὐκ ἐπιλαμπρυνόντων τῶν χειλέων τὸν ἦχον. Τῶν δὲ βραχέων οὐδέτερον μὲν εὔηχον, [19] ἧττον δὲ δυσηχὲς τὸ ο. διΐστησι γὰρ τὸ στόμα κρεῖττον θατέρου, τὴν δὲ πληγὴν λαμβάνει περὶ τὴν ἀρτηρίαν μᾶλλον.

Ἡμίφωνα. Φωνηέντων μὲν οὖν γραμμάτων αὕτη φύσις· ἡμιφώνων δὲ τοιάδε. ὀκτὼ γὰρ τὸν ἀριθμὸν ὄντων αὐτῶν, πέντε μέν ἐστιν ἁπλᾶ, τό τε λ, καὶ τὸ μ, καὶ τὸ ν, καὶ τὸ ρ, καὶ τὸ σ· τρία δὲ διπλᾶ, τό τε ζ, καὶ τὸ ξ, καὶ τὸ ψ. διπλᾶ δὲ λέγουσιν αὐτά, ἤτοι διὰ

ter ea utatur, non humilem tantum, ſed & inſipidam facit orationem. Magna tamen eſt hujus literæ potentia in mollibus & amatoriis canticis: ineſt quippe huic quidpiam ἑλκυστικὸν, delectanturque ea imprimis mulieres. *Voſſ.*

15 Τρίτον δὲ τὸ ω.] Ultima apud Græcos vocales Ω; licet ex geminato O compoſita credatur, ſonum tamen efficit diverſum, & velut medium inter O & A. Eſt hæc vocalis magis ſonora & magnifica quam O, minus tamen quam A. cum & ſonum habeat obſcuriorem, & propemodum in ipſis faucibus ſepultum. Dithyrambici eo imprimis gaudent, & imprimis Pindarus. *Idem.*

16 Στρογγύλεται.] Malim στρογγύλλεται gemino λ, ut ποικίλλεται, & conſimilia. *Sylburg.* † Ita quidem reponendum curavi, partim conjectura Sylburgii adductus, partim fide codicis, quo uſus eſt Tho. Smithus.

17 Ἔστι δὲ ἧττον τούτου τὸ υ.] Infimum dignitatis gradum tenet Υ vocalis. Non obſcurum tantum, ſed & fœdum & impurum ut plurimum efficit ſonum, cum naribus potius quam ore proferatur. Lepide itaque Ariſtophanes in Pluto inducit Sycophantam olfacientem ſacrificiorum

inſra ad radicem linguæ ſonum ſequentem ſiſtat, non ſurſum verſum atque os etiam mediocriter aperit. Tertia eſt ω: nam in ea exprimenda os rotundatur, contrahuntur labra, & ſummos oris margines ſpiritus ferit. Hac deterior eſt υ: nam labiorum notabili contractione facta, præfocatur, & anguſtius exiliſque ſonus excidit. Extrema eſt omnium ι: circa enim dentes ſpiritus alliditur, ore paululum diducto, nec labra quicquam ſonum illuminant. Brevium vero neutra ſonora eſt; ο tamen eſt minus abſona. nam latius quam altera diducit os, circa arteriam maxime repercuſſione facta.

Hæc itaque vocalium natura eſt: Semivocalium vero hujuſmodi. Cum enim octo ſint numero, earum quinque ſimplices reperiuntur, λ, μ, ν, ρ, σ; tres duplices, ζ, ξ, ψ. Vocantur autem duplices, aut quod compoſitæ ſint, veluti ζ ex σ & δ, ξ

Semivocales.

ciorum nidorem, qui totum ſenarium naribus abſolvit;

ὖ ῦ, ὗ ῦ, ὒ ῦ, ὓ ῦ, ὔ ῦ, ὕ ῦ. *Voſſius.*

18 Ἔσχατον δὲ πάντων τὸ ι.] Nulla eſt exilior vox illâ, quam efficit ι vocalis. In levibus & argutis uſum habet præcipuum. Multum tamen diſcrepat hujus ſonus, prout nempe ille plus minuſve ad dentes alliditur. Alias itaque ſtridet hæc litera, alias rogat, blanditur, & ſupplicat. Nonnunquam & admirationem exprimit, ſed in rebus inanibus & minutis. Quam vero illa aures offendat, ſi crebro nimis iteretur, ſatis declarant hodierni Græci, qui perpetuo Iotaciſmo reliquas fere ita obtundunt vocales, ut eos hinnire potius quam loqui exiſtimes. *Idem.*

19 Ἧττον δὲ δυσηχὲς τὸ ο.] O vocalis ſonum quidem habet vaſtum, & aliqua ratione magnificum, longe tamen minus quam α, cum & obſcurum & ſæpe ruſticum quid ſonet, præſertim ſi duplicetur & longius protrahatur. Nulla hac aptior litera ad ſignificandam magnorum animalium & ingentium corporum ſeu vocem, ſeu ſonum. Præclare itaque pelagi murmur explicat Homerus, cum inquit,

Ἀμφὶ δὲ τ' ἄκραι
Ἠϊόνες βοόωσιν, ἐρευγομένης
ἁλὸς ἔξω.

Non dixit βοάουσι ſed βοόωσι, ad ampliorem ſimilitudinem fluctuum maris exprimendam. *Idem.*

διὰ τὸ σύνθετα εἶναι, τὸ μὲν ζ διὰ τοῦ σ καὶ δ, τὸ δὲ ξ διὰ τοῦ κ καὶ σ, τὸ δὲ ψ διὰ τοῦ π καὶ σ, συνεφθαρμένων ἀλλήλοις καὶ ἰδίαν φωνὴν λαμβανόντων· ἢ διὰ τὸ χώραν ἐπέχειν δυοῖν γραμμάτων ἐν ταῖς συλλαβαῖς παραλαμβανόμενα. Ἑκάστου δὴ τούτων κρείττω μέν ἐστι τὰ διπλᾶ τῶν ἁπλῶν· ἐπειδὴ μείζονά ἐστι τῶν ἑτέρων, καὶ μᾶλλον ἐγγίζειν δοκεῖ τοῖς τελείοις· ἥττω δὲ τὰ ἁπλᾶ, διὰ τὸ [20] εἰς βραχυτέρους αὐτῶν τόνους συνάγεσθαι τὸν ἦχον. Ἐκφωνεῖται δὲ αὐτῶν ἕκαστον τοιόνδε δή τινα τρόπον· τὸ μὲν λ, τῆς γλώσσης πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνισταμένης, καὶ τῆς ἀρτηρίας συνεχούσης τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ μ, τοῦ μὲν στόματος τοῖς χείλεσι [21] πιεσθέντος, διὰ τῶν ῥωθώνων μεριζομένου. τὸ δὲ ν, τῆς γλώττης τὴν φορὰν τοῦ πνεύματος ἀποκλειούσης, καὶ μεταφερούσης ἐπὶ τοὺς ῥώθωνας τὸν ἦχον. τὸ δὲ ρ, τῆς γλώσσης ἄκρας ἀπορραπιζούσης τὸ πνεῦμα, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐγγὺς τῶν ὀδόντων ἀνισταμένης. τὸ δὲ σ, τῆς μὲν γλώσσης προσαναγομένης ἄνω πρὸς τὸν οὐρανόν, τοῦ δὲ πνεύματος διὰ μέσου αὐτοῦ φερομένου, καὶ περὶ τοὺς ὀδόντας λεπτὸν καὶ στενὸν ἐξωθοῦντος τὸ σύριγμα. Τρία δὲ τὰ λοιπὰ ἡμίφωνα μικτὸν λαμβάνει τὸν ψόφον, ἐξ ἑνὸς μὲν τῶν ἡμιφώνων τοῦ σ, τριῶν δὲ ἀφώνων, τοῦ τε κ, καὶ τοῦ δ, καὶ τοῦ π.

Οὗτοι σχηματισμοὶ γραμμάτων ἡμιφώνων. Δύναται δὲ οὐχ ὁμοίως κινεῖν τὴν ἀκοὴν ἅπαντα. ἡδύνει μὲν γὰρ αὐτὴν τὸ λ, καὶ ἔστι τῶν ἡμιφώνων γλυκύτατον· [22] τραχύνει δὲ τὸ ρ, καὶ ἔστι τῶν ὁμογενῶν γενναιότατον· μέσως δέ πως διατίθησι τὰ διὰ τῶν ῥωθώνων συνηχούμενα, τό τε μ,

καὶ

20 Εἰς βραχυτέρους αὐτῶν.] Fortaſſe ὑπ' αὐτῶν legendum eſt.

21 Πιεσθέντος.] Poſt πιεσθέντος deeſſe videtur τοῦ δὲ ἤχου, vel τοῦ δὲ πνεύματος: ut colligitur ex eo quod ſequitur, τὰ διὰ τῶν ῥωθώνων συνηχούμενα: & Sect. 22, καὶ τοῦ πνεύματος διὰ τῶν ῥωθώνων μεριζομένου. ſic certe & Marius Victorinus Artis Grammaticæ cap. 4, *M impreſ-*

ſis

δ, ξ ex κ & σ, ψ ex π & σ, literis ſe invicem mutua coitione corrumpentibus, ita tamen ut propriam vocem ſingulæ conſervent; aut quod duarum literarum locum, in ſyllabis aſſumptæ habeant. Sunt autem harum ſingulæ ſimplicibus præſtantiores: cæteris quoniam pleniores videntur, & perfectarum ad naturam propius accedere. Eo autem deteriores ſimplices, quod breviori ab iis intenſione vox contrahatur. quarum unaquæque tali fere modo profertur: λ, erecta ad palatum lingua, & ſpiritum arteria conſtringente: μ, ore labiis compreſſo, ac per nares undatim emiſſo ſpiritu: ν, lingua ſpiritûs impetum intercludente, & ſonum ad nares transferente; ρ, ſpiritum linguæ extremitate vibrante, ad palatum juxta dentes ſublatæ: σ, lingua ſurſum ad palatum adducta, ſpirituque per medium erumpente, & circa dentes tenuem quendam ejiciente anguſtumque ſibilum. Tres vero reliquæ ſemivocales miſtum accipiunt ſonum, ex una è ſemivocalibus σ, itemque ex tribus mutis κ, δ, & π.

Hæ ſunt illæ literarum, quæ ſemivocales appellantur, conformationes: non tamen eandem poteſtatem habent omnes in auditu movendo: nam eum λ demulcet, ſemivocalium longe jucundiſſima: ρ exacerbat, cæteris ejuſdem generis robuſtiſſima; ſed media quadam ratione noſtras aures afficiunt, quæ per nares efferuntur μ & ν, corneum ſibi quendam (tibiarum quodammodo cantu expreſſo) edentes ſonum. Ingrata prorſus eſt & inſuavis

ſis invicem labiis, mugitum quendam intra oris ſpecum attractis naribus dabit. Et Julius Scaliger de cauſis linguæ Latinæ, lib. 1, cap. 10, *Clauſo enim ore & effuſo in nares ſono, M conformatur.* Sylburg. † Idem ipſe notaram, nondum perſpecto, quid ſcripſerat Sylburg. & præterea μυειζόμενον, nominandi caſu. ſed huic conjecturæ ne obſit μὲν particula, nonnihil vereor.

22 Τραχύνει.] Locum hunc citat Paulus Leopardus Emendationum lib. 8, cap. 15. *Idem.*

καὶ τὸ ν, κερατοειδεῖς ἀποτελοῦντα τοὺς ἤχους. [23] Ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ σ, καὶ εἰ πλεονάσειε, σφόδρα λυπεῖ. θηριώδους γὰρ καὶ ἀλόγου μᾶλλον ἢ λογικῆς ἐφάπτεσθαι δοκεῖ φωνῆς ὁ συριγμός. Τῶν γοῦν παλαιῶν σπανίως ἐχρῶντό τινες αὐτῷ καὶ πεφυλαγμένως. εἰσὶ δὲ, οἱ ἀσίγμους ᾠδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πίνδαρος, ἐν οἷς φησι·

” [24] Πρὶν μὲν ἧρπε [25] σχοινοτενῆ φωνήεντα διθυράμ-
” βων, καὶ τὸ Σὰν κίβδαλον, ἄνθρωποι.

Τριῶν δὲ τῶν ἄλλων γραμμάτων, ἃ δὴ διπλᾶ καλεῖται, [26] τὸ ζ μᾶλλον ἡδύνει τὴν ἀκοὴν τῶν ἑτέρων. τὸ μὲν

23 Ἄχαρι.] De hoc quoque loco monet Brodæus Miſcellaneorum lib. 3, cap. 14. *Idem.*

24 Πρὶν μὲν ἧρπε.] Pindari locus hic citatur etiam ab Athenæo lib 10, & 11. ſed utrobique corruptus legitur. ſic enim lib. 10, Baſil. Edit. p. 255, v. 2, Πρὶν μὲν εἷρπε σχοινοτενία τὰ ὄιδα, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον, ἄνθρωποι. at lib. 11, (230, 37,) ſic, πρὶν μὲν ἧρπε σχοινοτενειάτα ὄιδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀπὸ στομάτων. Dionyſianorum exemplarium ſcriptura eſt integrior. ſiquis tamen pro ἄνθρωποι è poſteriore Athenæi loco reponere malit ἀπὸ στομάτων, nequaquam improbavero: hoc videlicet ſenſu: πρὶν μὲν ἀπὸ στομάτων ἧρπε (id eſt ἔπεσε) σχοινοτενῆ διθυράμβων φωνήεντα, καὶ τὸ κίβδαλον σάν. Porro σχοινοτενῆ φωνήεντα nominare videtur vocales longas, & quæ latiore oris diductione proferuntur, ut præ cæteris α Doricum. quo faciunt quæ Dionyſius infra in auſteræ compoſitionis charactere tradit, Sect. 22, μεγάλοις τε καὶ διαβεβηκόσιν εἰς πλάτος ὀνόμασιν ὡς τὰ πολλὰ μηκύνεσθαι φιλεῖ & ſupra, τῶν διχρόνων ὅσα μακρῶς λέγεται: & εὐφωνότατον τὸ α, ὅταν ἐκτείνηται. cujus generis apud Horatium de tragico Stilo ſunt ampullæ & ſeſquipedalia verba. Σὰν vero (ut idem Athenæus 230, 3, & Herodotus lib. 1, p. 59, teſtantur, τὸ Δωριέες μὲν σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ σίγμα) Dorico nomine Pindarus eam literam vocat, quam Iones, Attici, & communis lingua nominat σίγμα: atque inde eodem Athenæo teſte, apud Ariſtophanem comicum σαμφόρας dicitur ἵππος ὁ τὸ Σ ἐγκεχαραγμένον ἔχων, equus litera S inſignitus: quæ à Græcis quadruplici figura pingitur Σ, C, σ, ς. κίβδαλον autem propterea dicit τὸ σὰν, quia (ut idem Athen. ibidem ex Ariſtoxeno tradit) οἱ μουσικοὶ πολλάκις τὸ σίγμα λέγειν παρῃ-

vis σ, ac crebro repetita vehementer angit. Agreſtium enim belluarum magis & ratione carentium, quam eorum, qui ſermone utuntur ad diſſerendum apto, videtur eſſe ſibilus. Et veterum ſane ſcriptorum nonnulli ea rarius uſi ſunt, & caute. Sunt etiam, qui ſine hac litera integras odas compoſuerunt: quod ſatis indicat his verbis Pindarus,

Olim ſane exularunt exiles junceæque dithyramborum vocales, & illud, ô homines, impurum Σάν.

Ex tribus autem literis, quæ vocantur duplices, egregie ζ præ cæteris jucundam auribus affert delectationem. Nam ξ propter

παρηλλαγμένον, διὰ τὸ σκληρόστομον εἶναι καὶ ἀνεπιτήδειον αὐλῷ. Sicut vero Dionyſius hic refert fuiſſe qui integras ᾠδὰς ἀσίγμους fecerint, ita idem Athenæus in priore loco tradit Laſum Hermionenſem feciſſe ἄσιγμον ᾠδὴν, & ὕμνον ἄσιγμον. qua de re monuit Paul. Leopard. loco jam ante citato. *Sylburg.*

Ibid. Πρὶν μὲν ἦρπε] Hæc Pindari verba principium fuiſſe cujuſdam dithyrambici carminis ſcribit Strabo lib. 10, qui locum multo corruptiorem exhibet, quàm aut Athenæus, aut Dionyſius, & tamen ex eodem carmine pauca profert alia:

Σοὶ μὲν κατάρχαι μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων·
Ἐν δὲ καχλάδων κρόταλα,
Αἰθομένα τε δαῒς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις.

Magnam Matrem his verſibus celebrat. ſed ex primo qui apud Strabonem ita legitur, Πρὶν μὲν εἷρπε χοινοτονίας τ' ἀοιδοὶ διθυράμβων, verbiſque ipſius Strabonis, non pauca diſcimus de argumento. Videtur enim recentem poeſin cum vetere, & inſtituta antiquorum poetarum cum nuperis inventis comparaſſe.

25 Σχοινοτενῆ.] Eruditi viri exiſtimarunt vocales σχοινοτενεῖς eſſe vocales longas, & quæ buccas impleant: ut α Doricum, & ω. Plane contrarium vox Græca ſignificat: σχοινοτενεῖς, ut ſi dicas *junceæ*, literæ ſunt exiles, & tenuis ſoni: puta inter vocales ι & ο. inter conſonantes *s*. ſic σχοινοτενὲς mentum, prominens & longum. Nicetas Choniates, καὶ τὸ σχοινοτενῆ γένυν ἐκέκαρτο. inde oratio σχοινοτενής, ſoluta & inconcinnis longiſque periodis conſtans, parum toroſa. *Caſaubonus.*

26 Τὸ ζ μᾶλλον ἡδύνει.] De ſuaviſſimo hujus literæ ſono, vide quæ ſcripſerit Voſſius ad *Smyrnam Cinnæ* apud Catullum, p. 321.

27 Μία

μὲν γὰρ ξ, διὰ τοῦ κ· τὸ δὲ ψ, διὰ τοῦ π, τὸν συριγμὸν ἀποδίδωσι, ψιλῶν ὄντων ἀμφοτέρων. τοῦτο δ' ἡσυχῇ τῷ πνεύματι δασύνεται, καὶ ἔστι τῶν ὁμογενῶν γενναιότατον. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἡμιφώνων τοσαῦτα.

*Ἄφωνα.

Τῶν δὲ καλουμένων ἀφώνων ἐννέα ὄντων, τρία μέν ἐστι ψιλὰ, τρία δὲ δασέα, τρία δὲ μεταξὺ τούτων. ψιλὰ μὲν τό, τε κ, καὶ τὸ π, καὶ τὸ τ. δασέα δὲ τό, τε χ, καὶ τὸ φ, καὶ τὸ θ· κοινὰ δὲ ἀμφοῖν, τό, τε γ, καὶ τὸ β, καὶ τὸ δ. Ἐκφωνεῖται δὲ αὐτῶν ἕκαστον τρόπον τόνδε. τρία μὲν, ἀπὸ τῶν χειλέων ἄκρων, τὸ π, καὶ τὸ φ, καὶ τὸ β, ὅταν τοῦ στόματος πιεσθέντος, τὸ προβαλλόμενον ἐκ τῆς ἀρτηρίας πνεῦμα λύσῃ τὸν δεσμὸν αὐτοῦ. Καὶ ψιλὸν μέν ἐστιν αὐτῶν τὸ π, δασὺ δὲ τὸ φ, μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸ β. τοῦ μὲν γὰρ ψιλότερόν ἐστι, τοῦ δὲ δασύτερον. 27 Μία μὲν αὕτη συζυγία τριῶν γραμμάτων ἀφώνων, ὁμοίῳ σχήματι λεγομένων, ψιλότητι δὲ καὶ δασύτητι διαφερόντων. Τρία δὲ ἄλλα λέγεται, τῆς γλώσσης ἄκρῳ τῷ στόματι προσερειδομένης κατὰ τοὺς μετεωροτέρους ὀδόντας, ἔπειθ' ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὑπορραπιζομένης, καὶ τὴν διέξοδον αὐτῷ περὶ τοὺς ὀδόντας ἀποδιδούσης, τὸ τ, καὶ τὸ θ, καὶ τὸ δ. 28 Διαλλάττει δὲ καὶ ταῦτα δασύτητι καὶ ψιλότητι. ψιλὸν μὲν γάρ ἐστιν αὐτῶν τὸ τ, δασὺ δὲ τὸ θ, μέσον δὲ καὶ ἐπίκοινον τὸ δ. Αὕτη δευτέρα συζυγία γραμμάτων ἀφώνων. Τρία δὲ τὰ λοιπὰ τῶν ἀφώνων λέγεται μὲν, τῆς γλώττης ἀνισταμένης κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐγγὺς τοῦ φάρυγγος, καὶ τῆς ἀρτηρίας ὑπηχούσης τῷ πνεύματι, τὸ κ καὶ τὸ χ καὶ τὸ γ, οὐδενὶ ταῦτα διαφέροντα

27 *Μία μὲν αὕτη.*] Videtur hoc loco idem eſſe, idemque quod *πρώτη*, ſignificare. Quod obſervatu ideo dignum judicavi, quia vulgo hanc locutionem Hebræis eſſe propriam dicitur: & Joſephus hiſtoriæ initio, ſuis adeo peculiarem arbitratur, ut ejus rei ſe olim proprio volumine rationes daturum ſcribat.

28 Διαλλάττει.

ξ propter κ, & ψ propter π, ſibilum quendam efficiunt, cum utræque ſint tenues. Hæc vero ſenſim ſpiritu aſperiori profertur, inter affines literas generoſiſſima. Hactenus de ſemivocalibus.

Ex mutis, ita enim vocantur, quæ novem ſunt numero, tres ſunt tenues, aſpiratæ tres, tres intermediæ. tenues ſunt κ, π, & τ: aſpiratæ χ, φ, θ: utriſque communes, γ, β, & δ: quæ ſingulæ hoc modo proferuntur. tres quidem ſupremis labiis, π, φ, & β, ore ſcilicet compreſſo, ubi ex arteria ſpiritus prorumpens ipſius vinculum reſolverit. Ex his π tenuis eſt, φ denſa, media vero inter utramque β: earum enim altera tenuior eſt, altera denſior. Hæc quidem trium mutarum conjugatio prima eſt; eadem quæ figura ac habitu vocis proferuntur, tenui ſolummodo aſperoque ſpiritu differentes. tres vero aliæ, τ ſcilicet, & θ, & δ, lingua ſummo oris margini ad dentes ſuperiores affixa, deinde ſpiritu leniter vibrata, meatumque ipſi circa dentes præbente, naſcuntur. hæ quoque denſitate inter ſe differunt, & tenuitate. Nam ex iis tenuis eſt τ, denſa θ, media vero δ, & utriuſque communis. Hic alter ordo eſt mutarum. Reliquæ tres κ, χ, γ, proferuntur, lingua ad palatum nec procul a gutture ſublata, adjutante etiam arteriæ flatu, ſonumque ſubminiſtrante: nec ullo modo habituve ſibi invicem differunt, niſi quod tenuiter κ pronunciatur, χ denſe, γ medi-

Mutæ.

28 Διαλλάττει.] Quod de mutarum diſtinctione attulit, id paucis accipe; π, β, φ, labiis efferri: τ, δ, θ, dentibus: κ, γ, χ, intimo palato & gutture, arteriæ quoque flatu vocem ſimul adjuvante. Ex his quæ vocis eodem inſtrumento utuntur, magnam affinitatem habent, & ſola ſpiritus intenſione vel remiſſione differunt. id quod in iis oſtendam, quæ labiorum adminiculo proferuntur. Nam ut exprimatur φ, maxima ſpiritus copia, ut π, minima, ut β, mediocris requiritur.

20 Τελειότατα.

φέροντα τῷ σχήματι ἀλλήλων, πλὴν ὅτι τὸ μὲν κ ψιλῶς λέγεται, τὸ δὲ χ δασέως, τὸ δὲ γ μετρίως καὶ μεταξὺ τούτων. Κράτιστα μὲν οὖν ἐστιν, ὅσα τῷ πνεύματι πολλῷ λέγεται· δεύτερα δὲ, ὅσα μέσῳ· χείρω δὲ, ὅσα ψιλῷ. Ταῦτα μὲν γὰρ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἔχει μόνην· τὰ δὲ δασέα, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος προσθήκην· ὥστε ἐγγὺς τοῦ [29] τελειότατα εἶναι ἐκεῖνα.

ΤΜΗ͂ΜΑ

29 Τελειότατα.] Ferri poteſt lectio, ſi verba ſic conſtruas, ὥστε ἐγγὺς ἐκεῖνα τοῦ τελειότατα εἶναι. alioqui legendum foret, ὥστε ἐγγὺς τῆς τελειότητος εἶναι ἐκεῖνα. *Sylburg.*

ΤΜΗ͂ΜΑ ιέ.

Συλλαβῶν φύσις διάφορος.

ΕΚ δὴ τῶν γραμμάτων τοσούτων τε ὄντων καὶ δυνάμεις τοιαύτας ἐχόντων, αἱ καλούμεναι γίνονται συλλαβαί. [1] τούτων δέ εἰσι καὶ μακραὶ μὲν, ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ τῶν φωνηέντων τῶν μακρῶν, ἢ τῶν διχρόνων, ὅταν μακρῶς ἐκφέρηται, καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς μακρὸν ἢ μακρῶς λεγόμενον γράμμα, ἤτοι τῶν ἡμιφώνων ἢ ἀφώνων· βραχεῖαι δὲ, ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ βραχέος φωνήεντος ἢ βραχέως λαμβανομένου, καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς ταῦτα. Μήκους δὲ καὶ βραχύτητος συλλαβῶν οὐ μία φύσις, ἀλλὰ καὶ μακρότεραί τινές εἰσι τῶν μακρῶν, καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν. ἔσται δὲ τοῦτο φανερὸν ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων.

[2] Ὁμολο-

1 Τούτων δὲ εἰσι.] Pro ἐπὶ, convenientius legemus εἰσί. *Sylb.* † Hanc emendationem Sylburgii non dubitavi in contextum recipere.

2 Ὁμολο-

γ mediocriter, ac media inter eas ratione. Sunt autem præſtantiſſimæ, quæ ſpiritu copioſo proferuntur: quibus proximæ ſunt, quæ medio; quæ vero tenuiſſimo, eæ omnium deterrimæ. Nam hæ ſuam ipſarum ſolummodo poteſtatem obtinent, cum denſæ & ſpiritus habent adjectionem, ita ut parum abſit, quin perfectiſſimæ judicentur.

Sectio XV.

Multiplicem eſſe ſyllabarum naturam.

Ex literis itaque tot numero, talique natura præditis & poteſtate, oriuntur ſyllabæ. quarum longæ ſunt, quæ vocalibus conſtant longis, aut communibus, ubi longo efferuntur tempore, aut quæ deſinunt in longam, aut longo tempore prolatam literam, ſeu ſemivocalem ſeu mutam: breves vero, quæ brevi vocali conſtant, aut breviter ſumpta, quæque deſinunt in breves. Longitudinis vero & brevitatis ſyllabarum non una eſt eademque natura; ſed longiores quædam ſunt longis, & brevibus breviores. id quod exemplis adductis magis patebit.

[2] Ὁμολογεῖται δὴ βραχεῖαν εἶναι συλλαβὴν, ἣν ποιεῖ φωνῆεν βραχὺ γράμμα τὸ ο, ὡς λέγεται Ὁδός. [3] ταύτῃ προστεθήτω ἓν γράμμα τῶν ἡμιφώνων τὸ ρ, καὶ γενέσθω Ῥόδος, μένει μὲν ἔτι βραχεῖα ἡ συλλαβὴ, πλὴν οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἕξει τινὰ παραλλαγὴν [4] ἀκαρῆ παρὰ τὴν προτέραν. Ἔτι προστεθήτω ταύτῃ τῶν ἀφώνων γραμμάτων τὸ τ, καὶ γενέσθω Τρόπος, μείζων αὕτη τῶν προτέρων ἔσται συλλαβῶν, καὶ ἔτι βραχεῖα μένει. [5] Τρίτον γέ τι γράμμα τῇ αὐτῇ συλλαβῇ προστεθήτω τὸ σ, καὶ γενέσθω Στρόφος· τρισὶν αὕτη προσθήκαις ἀκουσταῖς μακροτέρα γενήσεται τῆς βραχυτάτης, μένουσα ἔτι βραχεῖα. [6] Οὐκοῦν τέσσαρες αὗται βραχείας συλλαβῆς διαφοραὶ, τὴν ἀνάλογον ἔχουσαι αἴσθησιν, τῆς παραλλαγῆς μέτρον. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς. ἡ γὰρ ἐκ τοῦ η γινομένη συλλαβὴ, μακρὰ τὴν φύσιν οὖσα, τεττάρων γραμμάτων προσθήκαις παραυξηθεῖσα, τριῶν προτατομένων, ἑνὸς δ' ὑποτατομένου, [7] καθ' ἣν λέγεται Σπλὴν, μείζων ἂν δήπου λέγοιτο εἶναι τῆς προτέρας

2 Ὁμολογεῖται.] Quintilianus lib. 9, cap. 4, huc videtur reſpexiſſe: *Sit in hoc quoque aliquid fortaſſe momenti, quod & longis longiores, & brevibus ſunt breviores ſyllabæ: ut quamvis neque plus duobus temporibus, neque uno minus habere videantur, (ideoque in metris omnes breves longæque inter ſe obſeſſæ ſunt pares) lateat tamen neſcio quid, ſi quicquam ſuperſit, aut deſit.*

3 Ταύτῃ προστεθήτω.] Differentiam docet inter voces ὁδὸς, ῥόδος, τρόπος & στρόφος, in quibus licet breves dicantur priores quælibet ſyllabæ, ſatis tamen ſenſile eſt temporis diſcrimen, quod in ſingulis, ut diſtincte proferantur, requiritur. *Voſſius.*

4 Ἀκαρῆ.] Wolfius legit ἀκαρῆ *exiguam. Sylburg.* † Wolfium ſequor, ita pro ἀκαρεῖ conjicientem.

5 Τρίτον γέ τι.] Pro γέ τι rectius fortaſſe legeris γ' ἔτι, vel ſimplicius ἔτι. *Sylburg.*

6 Οὐκοῦν τέσσαρες.] De hoc loco vide Petr. Victor. Var. lectionum lib. 13, cap. 6. ubi poſteriorem ejus partem ſic legit; τὴν ἄλογον αἴσθησιν ἔχουσαι τῆς παραλλαγῆς μέτρον: & ἄλογον αἴσθησιν è Cicerone reddi poſſe arbitratur *tacitum ſenſum.* Sic certe infra Sect. 23, τὸ ἄλογον ἐπιμαρτυρεῖ τῆς ἀκοῆς πάθος. & rurſum

Eam eſſe brevem ſyllabam confitendum eſt, quam ο vocalis litera brevis conſtituit, verbi gratia, Ὁδὸς. huic addatur ρ, una ex ſemivocalibus, & fiat Ῥόδος: adhuc ſyllaba brevis manet, non tamen eodem modo; nam habebit quoddam, etſi non ita magnum, temporis diſcrimen priori additum. Præterea una ex mutis, τ ſcilicet, adjiciatur, & fiat Τρόπος: ſyllabis erit prioribus longior, & tamen adhuc brevis. Tertia inſuper litera huic ſyllabæ apponatur σ, ut ſit Στρόφος: hac triplici literarum acceſſione ſenſili erit longior, quam breviſſima, cum tamen ipſa brevis permaneat. Quamobrem hæ quatuor ſyllabæ brevis differentiæ, habita menſuræ variationis ratione, ſenſile diſcrimen temporis ſortiuntur. Eadem quoque ratio eſt & longæ. Nam ſyllaba, quæ ex η vocali conſtituitur, cum ſit natura longa, adjectione quatuor literarum aucta, tribus præpoſitis, una ſubjecta, unde exempli gratia Σπλὴν conflatum habes, longior quodammodo dicatur, quàm illa prior, quæ unica conſtabat litera. Quæ rurſus diminuta, demptis ſigillatim quæ

rurſum in Lyſia, 84, 47, ἀλόγῳ πάθει τὴν ἄλογον συναυξῆν αἴσθησιν: & mox 85, 8, οὐκ ἔτι βιάζομαι τὴν ἄλογον αἴσθησιν: quæ ſcilicet nulla ratione vel oratione poteſt exprimi, 84, 39, Ὥστε εἴ τις ἀξιοίη λόγῳ διδαχθῆναι ταύτην τὴν δύναμιν, ἥτις ποτέ ἐστιν, οὐκ ἂν φθάνοι κὴ ἄλλων πολλῶν κὴ καλῶν πραγμάτων δυσκαταλήπτων ἀπαιτῶν λόγον. Mentio fit infra etiam συλλαβῆς ἀλόγου, Sect. 17, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον. *Idem.*

Ibid. Οὐκοῦν τέσσαρες.] Quod annotavit Sylburgius ex Victorio non ſatis locum videtur explicare. quis enim ſenſus? *Quamobrem hæ quatuor ſyllabæ brevis differentiæ, tacitum habentes (ſeu habent) ſenſum, qui nulla ratione poteſt exprimi, additæ variationis menſuram.* At poteſt inter proferendum ſenſile diſcrimen percipi. Cui præterea verbo nominativus ἔχουσαι referendus eſt? neque enim tam duram loquendi formulam poſſe Atticis adſcribi puto. Poſita itaque interrogationis nota, legendum arbitror: Οὐκοῦν τέσσαρες αὗται βραχείας συλλαβῆς διαφοραὶ, τὴν ἀνάλογον ἔχουσι αἴσθησιν τῷ τῆς παραλλαγῆς μέτρῳ; ſeu, ἔχουσαι αἴσθησιν τῷ τῆς παραλλαγῆς μέτρῳ φανεραί εἰσι; nam neceſſe eſt, aliquid ejuſmodi addatur.

7 Καθ' ἣν λέγηται.] Forſan legendum, καθάπερ ἣν λέγηται, *veluti ſi dicatur.* Sylburg.

 8 Ἐπειδὰ.

ρας ἐκείνης τῆς μονογραμμάτου. Μειουμένη δ' αὖ πάλιν καθ' ἓν ἕκαστον τῶν προστεθέντων γραμμάτων, τὰς ἐπὶ τοὔλαττον παραλλαγὰς αἰσθητὰς ἂν ἔχοι. Αἰτία δὲ ἥτις ἐστὶ τοῦ μήτε τὰς μακρὰς ἐκβαίνειν τὴν ἑαυτῶν φύσιν, μέχρι γραμμάτων [8] ἑπτὰ μηκυνομένας, μήτε τὰς βραχείας εἰς ἓν ἀπὸ πολλῶν γραμμάτων συστελλομένας, ἐκπίπτειν τῆς βραχύτητος, ἀλλὰ κἀκείνας ἐν διπλασίῳ λόγῳ θεωρεῖσθαι τῶν βραχειῶν, καὶ ταύτας ἐν ἡμίσει τῶν μακρῶν, οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι σκοπεῖν. Ἀρκεῖ γάρ, ὅσον εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἥρμοττεν, εἰρῆσθαι ὅτι διαλλάττει καὶ βραχεῖα συλλαβὴ βραχείας, καὶ μακρὰ μακρᾶς, καὶ οὔτε τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, οὔτε ἐν λόγοις ψιλοῖς, οὔτ' ἐν ποιήμασιν ἢ μέλεσι διὰ ῥυθμῶν ἢ μέτρων κατασκευαζομένοις, πᾶσα βραχεῖα, καὶ πᾶσα μακρά.

Πρῶτον μὲν δὴ θεώρημα τοῦτο τῶν ἐν ταῖς συλλαβαῖς παθῶν, ἕτερον δὲ τοιόνδε· τῶν γραμμάτων πολλὰς ἐχόντων διαφορὰς οὐ μόνον παρὰ τὰ μήκη καὶ τὰς βραχύτητας, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς ἤχους, ὑπὲρ ὧν ὀλίγῳ πρότερον εἴρηκα, πᾶσα ἀνάγκη τὰς ἐκ τούτων συνισταμένας συλλαβάς, ἢ διὰ τούτων πλεκομένας, ἅμα τήν τε [9] ἰδίαν ἑκάστου σώζειν δύναμιν, καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων, ἣ γίνεται διὰ τῆς κράσεώς τε καὶ τῆς παραθέσεως αὐτῶν· ἐξ ὧν μαλακαί τε φωναὶ γίνονται καὶ σκληραί, καὶ λεῖαι, καὶ τραχεῖαι, γλυκαίνουσαί τε τὴν ἀκοὴν καὶ πικραίνουσαι, καὶ στύφουσαι καὶ διαχέουσαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην κατασκευάζουσαι διάθεσιν φυσικήν. αὗται δ' εἰσὶ μυρίαι τὸ πλῆθος ὅσαι.

Ταῦτα δὴ καταμαθόντες οἱ χαριέστατοι ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, τὰ μὲν αὐτοί τε κατασκευάζουσιν ὀνόματα, συμπλέ-

8 Ἑπτά.] An πέντε legendum? qui numerus eſt literarum, è quibus Σπλὴν vocabulum conſtat.

9 Ἰδίαν

quæ adjectæ fuerant, literis, permutationes, priori quamque breviorem, ſenſu etiam ut poſſint percipi, habebit. Quid vero cauſæ ſit, cur neque longæ naturam ſuam excedant, etiamſi ad ſeptem uſque literas extendantur, nec breves, in unam licet à pluribus literis contrahantur, ſua excidant brevitate: verum illæ duplici ratione brevium conſiderentur, hæ dimidia longarum, non neceſſe eſt in præſenti examen inſtituere. Nam ſufficit, quod hujus quidem temporis eſt atque inſtituti, dixiſſe, & brevem ſyllabam à brevi, & à longa differre longam; neque omnem brevem, aut omnem longam, nec in oratione ſoluta, nec ligata, ſeu heroicum id fuerit carmen, ſeu melicum, numeris conſcriptum aut metro, eandem omnino habere poteſtatem.

Hæc itaque prima eſt eorum quæ ſyllabis accidunt diſquiſitio, altera vero hujuſmodi. Cum varias habeant literæ differentias, non ſolum propter longitudinem & brevitatem, ſed etiam ſonos, de quibus paulo ſuperius diximus, fieri non poteſt, quin iſtæ quæ ex iis conſtant & implicantur ſyllabæ, tam propriam ſingularum quàm omnium communem vim & poteſtatem conſervent, quæ earum varia ex admiſtione & ſitu naſcitur. Ex quibus molles & duræ voces oriuntur, leves atque aſperæ, quæ ſuavi voluptate aures perfundant, iiſdem etiam quæ ſint peracerbæ, quæ conſtringant ac diffundant, & nullos non affectus naturales, qui quidem infinitæ ſunt multitudinis, eliciant.

His itaque cognitis, politiſſimi quique, tam poetæ quàm proſaicæ orationis ſcriptores, ipſi ſibi nomina confingunt, oppor-

9 Ἰδίαν ἑκάστου.] Simile eſt, quod priore Sect. dixit, συνεφθαρμένων ἀλλήλοις καὶ ἰδίαν φωνὴν λαμβανόντων.

συμπλέκοντες ἐπιτηδείως ἀλλήλοις τὰ γράμματα· καὶ τὰς συλλαβὰς δὲ οἰκείως, οἷς ἂν βούλωνται παραστῆσαι πάθεσι, ποικίλως φιλοτεχνοῦσιν, ὡς ποιεῖ πολλάκις Ὅμηρος· ἐπὶ μὲν προσηνέμων αἰγιαλῶν τῇ παρεκτάσει τῶν συλλαβῶν τὸν ἄπαυστον ἐμφαίνειν βουλόμενος ἦχον·

10 Ἠϊόνες βοόωσιν, ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω.

Ἐπὶ δὲ τοῦ τυφλουμένου Κύκλωπος, τό τε τῆς ἀλγηδόνος μέγεθος, καὶ τὴν διὰ τῶν χειρῶν βραδεῖαν ἔρευναν τῆς τοῦ σπηλαίου θύρας·

Κύκλωψ δὲ στενάχων τε καὶ ὠδίνων ὀδύνῃσι,
Χερσὶ ψηλαφόων.

Καὶ ἄλλοθί που δέησιν ἐνδείξασθαι βουλόμενος πολλὴν καὶ κατεσπουδασμένην,

11 Οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθοι ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Προπροκυλινδόμενος πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο.

Μυρία ἐστὶν εὑρεῖν παρ' αὐτῷ τοιαῦτα, χρόνου μῆκος, ἢ σώματος μέγεθος, ἢ πάθους ὑπερβολὴν, ἢ στάσεως ἠρεμίαν, ἢ τῶν παραπλησίων τι δηλοῦντα παρ' οὐδὲν οὕτως ἕτερον, ἢ τὰς τῶν συλλαβῶν κατασκευάς· καὶ ἄλλα τούτοις ἐναντίως εἰργασμένα εἰς βραχύτητα, καὶ τάχος καὶ σπουδὴν, καὶ τὰ τούτοις ὁμογενῆ· ὡς ἔχει ταυτί·

12 Ἀμβλύ-

10 Ἠϊόνες.] Deſumptus eſt hic verſus ex Iliad. ρ, ver. 265.

Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι διϊπετέος ποταμοῖο,
Βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι
Ἠϊόνες βοόωσιν.

ut vero, quanta ſit hujus vocis efficacia, quanta vis ad fluctus marinos, dum ſcopulis illiduntur, & pelagi murmur exprimendum, clarius intelligatur, aliam ſubſtituit Ariſtoteles, Poet. cap. 22, hoc modo: Ἠϊόνες κράζουσιν. quæ quidem *propria* eſt, at humilis, & parum ſonora. Hæc autem ejuſmodi eſt ὀνοματοποιΐα, ut, veterum nonnullis ſi fidem habeas, admiratione perculſus Plato ſua combuſſerit

opportuna literarum connexione; ſyllabas etiam appoſite ad quoſvis pro lubitu excitandos affectus, vario accommodant artificio: id quod ſæpiſſime facit Homerus. In deſcribendis litoribus excelſis, continuum illum ſine intermiſſione fremitum exprimere conatus, ſyllabarum extenſione utebatur:

Littora mugitus eliſis fluctibus edunt.

Verum in Cyclope excæcato, doloris magnitudinem, tardamque illam in veſtigandis ſpeluncæ foribus manuum palpationem:

Crebra gemens Cyclops, curiſque ingentibus æger,
Veſtigat manibus.

Alio etiam loco, vehementem precandi ardorem, re ſeriò ſuſcepta, cum vellet indicare:

Non, ſi multa ferat ſtudioſo pectore, ſummi
Et Jovis ante pedes ſeſe provolvat, Apollo.

Innumera hujuſmodi nemo non poteſt apud illum loca reperire, quæ temporis diuturnitatem, magnitudinem corporis, affectûs exuperantiam, ſtationis tranquilitatem, & quæ ſunt ejuſdem generis, egregie exprimunt, idque nulla prorſus alia re magis, quam varia ſyllabarum conſtructione: necnon & alia his plane contraria, ad brevitatem expreſſa, celeritatem, feſtinationem, & quæ his ſimilia: quemadmodum hæc ſe habent. *Hæc*

combuſſerit poemata, ne nimium Homero videretur inferior. Nec potuit Maro, eandem rem aggreſſus, eadem felicitate explicare:

Quem ſuper ingens
Porta tonat cœli, & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora.

Qui ſequitur verſus de Polyphemo, occurrit Odyſſ. ἰ, ver. 416.

11 Οὐδ' εἰ κεν.] Ex Iliad. χ, ver. 220, deſumuntur. His autem cognata ſunt iracundi Achillis ad Legatos reſponſa:

Ὀυδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.
Κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο,
Οὐδ' εἰ χρυσείη Ἀφροδίτη κάλλος ἐρίζοι,
Ἔργα δ' Ἀθηναίη.

Iliad. ι, ver. 385.

12 Ἀμβλύδην.

[12] Ἀμβλύδην γοόωσα μετὰ δμωῇσιν ἔειπεν.

καὶ,

Ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν, ἐπεὶ ἴδον ἀκάματον πῦρ.

Ἐφ' ὧν μὲν γὰρ ἥ τε πνεύματος δηλοῦται συγκοπὴ, καὶ τὸ τῆς φωνῆς ἄτακτον· ἐφ' ὧν δ' ἡ τῆς διανοίας ἔκλασις, καὶ τὸ [13] τοῦ δείγματος ἀπροσδόκητον. ποιεῖ δὲ τούτων ἑκάτερον ἡ τῶν συλλαβῶν τε καὶ γραμμάτων ἐλάττωσις.

12 Ἀμβλύδην.] Occiſum Hectora deplorat Andromache, Iliad. χ, ver. 476. Alter autem verſus legitur Iliad. σ, ver. 225: quem ex vulgatis Homeri Edit. emendavimus, pro Ἡνίοχον δ' ἔκπληγον (ita enim antea legebatur) Ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν.

Paulo

ΤΜΗΜΑ ιϛ'.

Ὀνόματα οἰκεῖα καὶ δηλωτικά. καὶ καλὴ πῶς γίνεται ἡ λέξις.

ΚΑὶ αὐτοί τε δὴ κατασκευάζουσιν οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι, [1] πρὸς χρῆμα ὁρῶντες, οἰκεῖα καὶ δηλωτικὰ τῶν ὑποκειμένων τὰ ὀνόματα, ὥσπερ ἔφην. πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἔμπροσθεν λαμβάνουσιν, ὡς ἐκεῖνοι κατεσκεύασαν, ὅσα μιμητικώτατα τῶν πραγμάτων ἐστὶν, ὡς ἔχει ταυτί·

[2] Ῥοχθεῖ γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο·
Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο.

Αἰγιάλῳ

1 Πρὸς χρῆμα.] Qui rem ipſam, de qua tractat, ſuis ipſius oculis quodammodo ſubjicit, non poteſt non apta reperire vocabula. Hoc videtur ex Ariſtotele ſumpſiſſe cap. 17, Poet. Οὕτω γὰρ ἂν ἐναργέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις, εὑρίσκοι τὸ πρέπον, καὶ ἥκιστα ἂν λανθάνοιτο τὰ ὑπεναντία.

Hæc famulis, largo fundens ſuſpiria fletu.

et,

Attoniti aurigæ ſtabant, viſo igne furenti.

Illis etenim oſtenditur ſpiritus præciſio, vociſque perturbatus tenor; his vero mentis emotæ exceſſus, & terriculum inopinato oculis oblatum: quorum utrumque ipſa ſyllabarum efficit literarumque imminutio.

Paulo poſt pro ἡ τῆς διανοίας ἔκτασις, lege ἔκστασις: ut ἔκστασις μανικὴ, καὶ ἡ τῶν φρενῶν, intelligatur.

13 Τὸ τοῦ δείγματος.] Trojanis terrorem injecerat ſacer ignis, quem ex vertice Achillis Minerva accenderat:

Ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν, ἐπεὶ ἴδον ἀκάματον πῦρ
Δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς μεγαθύμου Πηλείωνος
Δαιόμενον.

SECTIO XVI.

Rei ſubjectæ convenientia eligenda eſſe vocabula: quibus etiam modis pulcra conſtituatur dictio.

IPSI etiam poetæ, quemadmodum & ſolutæ orationis ſcriptores, rem ipſam oculis ſubjicientes, propria confingunt & apta argumento vocabula, ut jam ante diximus: multa quoque ex veteribus ſumunt, jam conformata, quæ rerum naturam optime videantur depingere: cujuſmodi ſunt hæc:

Cum gemitu illiſi volvunt ad littora fluctus.

Ipſa volat ſtridens, ventis adjuta, per auras.

Littora

τία. agit de fabulæ conſtitutione philoſophus.

2 Ῥοχθεῖ.] Hæc vox de maris fluctu proprie dici exiſtimatur, & ex ejus imitatione per ὀνοματοποιΐαν eſſe facta. verſus autem deſumitur ex Odyſſ. ι, Ver. 502. alter ex Iliad. μ, ver. 207. Tertius ex Iliad. β, ver. 210. quartus ex Il. π, ver. 361.

Αἰγιαλῷ μεγάλῳ βρέμεται, σμαραγεῖ δέ τε πόντος.

Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον, καὶ δοῦπον ἀκόντων.

Μεγάλη τούτων ἀρχὴ καὶ διδάσκαλος ἡ φύσις, ἡ ποιοῦσα [3] μιμητικοὺς ἡμᾶς καὶ θετικοὺς τῶν ὀνομάτων, οἷς δηλοῦται τὰ πράγματα, κατά τινας εὐλόγους καὶ κινητικὰς [4] διανοίας [5] ὁμοιότητας· ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν ταύρων τε μυκήματα λέγειν, καὶ χρεμετισμοὺς ἵππων, καὶ φρυαγμοὺς τράγων· [6] πρός τε βρόμον καὶ πάταγον ἀνέμων, καὶ συριγμὸν [7] κάλων, καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια παμπληθῆ, τὰ μὲν φωνῆς μιμητικά, τὰ δὲ μορφῆς, τὰ δὲ ἔργου, τὰ δὲ πάθους, τὰ δὲ κινήσεως, τὰ δὲ ἠρεμίας, τὰ δὲ ἄλλου χρήματος ὁτουδήποτε, περὶ ὧν εἴρηται πολλὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν. Τὰ κράτιστα δὲ νέμω, ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ [8] Ἐτυμολογίας εἰσάγοντι λόγον, Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. Τί δὴ τὸ κεφάλαιόν ἐστι μοι τοῦ λόγου; ὅτι παρὰ μὲν τὰς τῶν γραμμάτων συμπλοκάς, ἡ τῶν συλλαβῶν γίνεται σύνθεσις ποικίλη, [9] παρὰ δὲ τὰς τῶν συλλαβῶν συνθέσεις, ἡ τῶν ὀνομάτων φύσις παντοδαπή, παρὰ δὲ τὰς τῶν ὀνομάτων ἁρμονίας πολύμορφος ὁ λόγος γίνεται. ὥστε πολλὴ ἀνάγκη καλὴν μὲν εἶναι λέξιν, ἐν ᾗ καλά ἐστιν ὀνόματα, καλῶν δὲ ὀνομάτων

συλλαβάς

3 Μιμητικούς.] Imitationem naturâ nobis eſſe inſitam docet philoſophus cap. 4. Poetic. Τό τε γὰρ μιμεῖσθαι, σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ἐστὶ, καὶ τούτῳ διαφέρουσι τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι μιμητικώτατόν ἐστι, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας.

4 Διανοίας.] Wolfius cum articulo legit, τὰς διανοίας ὁμοιότητας. *Sylburg.* † Nec male.

5 Ὁμοιότητας.] Vide, ſi libet, Obſervationes Poetic. And. Schoti, lib. 2, cap. 51. Hæc autem deſcribendi ratio Quintiliano *credibilis rerum imago*, aliis *Evidentia*, aliis *Informatio* dicitur. Aphthonius ἔμφασιν, Rutilius Lupus χαρακτηρισμὸν, Aquila Rom. διατύπωσιν, vulgo ὑποτύπωσιν vocant. Hæc Taubmannus.

6 Πρὸς

Littora pulſa fremunt, vaſtumque immurmurat æquor.

Stridorem jaculûmque ſagittarumque notabat.

Harum ſane rerum fundamentum eſt natura, & magiſtra præſtantiſſima; quæ nos, imaginibus quibuſdam rationi conſentaneis, mens unde noſtra excitatur, efficit, ut imitari poſſimus, & vocabula ſtruere quibus res ipſæ feliciter exprimantur. His imaginibus edocti ſumus, taurorum mugitus, equorum hinnitus, fremituſque hircorum verbis repræſentare: præterea fragorem & ſtrepitum ventorum, rudentum ſtridorem, atque alia ejuſdem generis compluria; quorum alia vocem, alia formam, alia rem geſtam, alia affectiones, aut motum, aut quietem, aut quodvis denique aliud imitantur; de quibus multa ſunt ab iis hominibus ſcripta, qui nos ætate præceſſerunt. Laudem vero præcipuam Platoni Socratico, ut primo nominum ad origines ſuas reductori, equidem aſſigno; qui hac de re cum ſæpe alias, tum potiſſimum in Cratylo diſputat. Summa autem noſtri ſermonis huc redit: è varia literarum connexione, variam naſci multiplicemque ſyllabarum compoſitionem, è ſyllabis compoſitis, omnimodam vocabulorum naturam, ex vocabulorum denique ſtructura, orationem prodire multiformem. Quo neceſſario factum eſt, ut ea pulcra ſit elocutio, cujus pulcra fuerint vocabula; necnon ex literis & ſyllabis

6 Πρός τε.] Idem ſignificat, quod προσέτι, *præterea.* Sed dubium eſt an pro ἀνέμων, ὑδάτων reponendum ſit, cum paulo infra pag. 118, v. 6, hæc conjuncta reperias: καὶ πάταγον ὑδάτων ἀναμισγομένων ἐκμιμήσασθαι βουλόμενος.

7 Κάλων.] Si mendo caret, confirmari poterit Virgiliano iſto Æneid. 1, ver. 87, *Inſequitur clamorque virûm ſtridorque rudentum.* Sylburg.

8 Ἐτυμολογίας.] Fabius lib. 1, cap. 4: *Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta eſt* Notatio, *quia nomen ejus apud Ariſtotelem invenitur* σύμβολον, *quod eſt nota: nam verbum è verbo ductum, id eſt* Veriloquium, *ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti,* Originationem *vocent.*

9 Παρὰ τὴν τῶν.] Articulus τὰς deſideratur, vel ante vel poſt genitivum τῶν συλλαβῶν, ut in ſequenti membro. *Sylburg.*

9 Σαφηνίας

συλλαβάς τε καὶ γράμματα κατὰ αἴτια ἐστὶ, ἡδεῖάν τε διάλεκτον ἐκ τῶν ἡδυνόντων τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι καὶ τὸ παραπλήσιον, ὀνομάτων τε καὶ συλλαβῶν καὶ γραμμάτων τάς τε κατὰ μέρος ἐν τούτοις διαφοράς, καθ' ἃς δηλοῦται τά τε ἤθη, καὶ τὰ πάθη, καὶ αἱ διαθέσεις, καὶ τὰ ἔργα τῶν προσώπων, καὶ τὰ συνεδρεύοντα τούτοις, ἀπὸ τῆς πρώτης κατασκευῆς τῶν γραμμάτων γίνεσθαι τοιαῦτα.

Χρήσομαι δὲ ὀλίγοις δείγμασι τοῦ λόγου τοῦδε, τῆς [10] σαφηνείας ἕνεκα· τὰ γὰρ ἄλλα, πολλὰ ὄντα, ἐπὶ σεαυτοῦ [11] συμβαλλόμενος εὑρήσεις. Ὁ δὴ πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν Ὅμηρος, ὅταν μὲν ὥραν ὄψεως εὐμόρφου, καὶ κάλλος ἡδονῆς ἐπαγωγὸν ἐπιδείξασθαι βούληται, τῶν τε φωνηέντων τοῖς κρατίστοις χρῆται, καὶ τῶν ἡμιφώνων τοῖς μαλακωτάτοις, καὶ οὐ καταπυκνώσει τοῖς ἀφώνοις τὰς συλλαβὰς, οὐδὲ συγκόψει τοὺς ἤχους, παραθεὶς ἀλλήλοις τὰ δυσέκφορα, πραεῖαν δέ τινα ποιήσει τὴν ἁρμονίαν τῶν γραμμάτων, καὶ ῥεῦσαν ἀλύπως διὰ τῆς ἀκοῆς, ὡς ἔχει ταυτί.

[12] Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο περίφρων Πηνελόπεια,
Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

καὶ,

Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ,
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

καὶ,

Καὶ Χλῶριν εἶδον περικαλλέα, τήν ποτε Νηλεὺς
Γῆμεν ἑὸν διὰ κάλλος, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα.

Ὅταν δὲ οἰκτρὰν, ἢ φοβερὰν, ἢ ἀγέρωχον ὄψιν εἰσάγῃ, [13] τῶν τε φωνηέντων οὐ τὰ κράτιστα θήσει, ἀλλὰ τῶν

10 Σαφηνίας.] Alibi σαφηνείας, diphthongως. *Idem.* Ita contextum reformavi, σαφηνίας mutato.

11 Συμβαλλόμενος.] Ex Herodoto in Polymnia, συμβαλλεόμενος εὑρίσκω.

12 Ἡ

ſyllabis pulcris ut pulcrarum dictionum ſit origo deducenda, adeoque ex iis ſermo jucundiſſimus oriatur, quæ noſtris auribus jucundam afferunt voluptatem: ac proinde fieri non poteſt, quin vocabulorum, ſyllabarum, literarumque particulares, quæ his inſunt, differentiæ, quibus exprimuntur mores, affectus, diſpoſitiones, opera perſonarum, & quæ his adjuncta, è prima omnino literarum conſtructione proficiſcantur.

Utar vero, orationis illuſtrandæ gratia, ut clara ſint omnia, paucis exemplis; alia quæ ſuperſunt multa, tibi, *mi Rufe*, ſubducta ratione invenienda relicturus. Homerus omnium poetarum dicendi ſublimitate præſtantiſſimus, ſi quando vultus pulcerrimi venuſtatem, aut formam voluptati inducendæ accommodam, exhibere ſtatuit, vocalium optimis utitur, & ſemivocalium molliſſimis: non ille mutis denſat ſyllabas, non ſonos præſcindit, non ſecum prolatu aſperrima conjungit; ſed lenem quandam profert literarum ſtructuram, noſtras aures ſine moleſtia ſuaviter permeantem. quo in genere ſunt hæc;

Penelope thalamum, prudens regina, relinquit,
Formoſæ Veneri ſimilis, pulcræve Dianæ.

et,

Talem equidem Delo, ſacratam ad Apollinis aram,
Frondentem palmæ ramum proſerpere vidi.

et,

Et Chlorin vidi formoſam, quam ſibi Neleus
Duxerat, egregio vultu, ſine dote, puellam.

Quum vero miſerabilem, aut horrendam, aut arrogantem ſpeciem inducit, non optimas jam inſerit vocalium, ſed quæ

12 Ἡ δ' ἴεν.] Deſumpti ſunt ex Odyſſ. τ', ver. 53. Aliter ϛ', ver. 36. ibi etenim, Βῆ δ' ἴεναι θαλάμοιο. proxime ſequentes ex Odyſſ. ζ', ver. 163. ultimi ex λ': ver. 280, ſed pro διὰ κάλλος Edit. Homeri vulgatæ habent μετὰ κάλλος.

13 Τῶν τε φωνηέντων.] Videtur τε hoc loco abundare: quo ſublato facilior erit ſtructura.

13 Σμερδαλέος.

τῶν ψοφοειδῶν, ἢ ἀφώνων τὰ δυσεκφορώτατα λήψεται, καὶ καταπυκνώσει τούτοις τὰς συλλαβάς· οἷά ἐστι ταυτί·

14 Σμερδαλέος δ' αὐτῇσι φάνη κεκακωμένος ἅλμῃ.
Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο,
Δεινὸν δερκομένη· περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε.

Ποταμῶν δέ γε σύρρυσιν εἰς χωρίον ἕν, καὶ πάταγον ὑδάτων ἀναμισγομένων ἐκμιμήσασθαι τῇ λέξει βουλόμενος, οὐκέτι λείας συλλαβάς, ἀλλ' ἰσχυρὰς καὶ ἀντιτύπους θήσει·

Ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες,
15 Ἐς μισγάγγειαν συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ.

Βιαζόμενον δέ τινα πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα ποταμοῦ μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ μὲν ἀντέχοντα, τὰ δὲ ὑποφερόμενον εἰσάγων, ἀνακοπάς τε ποιήσει συλλαβῶν, καὶ ἀναβολὰς χρόνων, καὶ ἀντιστηριγμοὺς γραμμάτων·

16 Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα κυκώμενον ἵστατο κῦμα,
Ὤθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος, οὐδὲ πόδεσσιν
Εἶχε στηρίζεσθαι.

Ἀραττομένων δὲ περὶ πέτρας ἀνθρώπων ψόφον τε καὶ μόρον οἰκτρὸν ἐνδεικνύμενος, ἐπὶ τῶν ἀηδεστάτων τε καὶ κακοφωνοτάτων χρονιεῖ γραμμάτων, οὐδαμῇ λειαίνων τὴν κατασκευήν, οὐδὲ ἡδύνων·

17 Σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ
Κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.

Πολὺ

14 Σμερδαλέος.] Locus ex Odyſſ. ζ, ver. 137, deſumptus eſt. inter hunc forſan & ſequentes verſus copulativa καὶ deſideratur; qui Iliad. λ', ver. 36, occurrunt.

15 Ἐς μισγάγγειαν.] Scribitur etiam μισγάγκειαν: ut ſignificetur locus in quo μίσγεται τὰ ἄγκεα, id eſt, in quo miſcentur ſeu conjunguntur valles, convallis. *Sylburg.* † Locus eſt Iliad.

quæ ſonantiſſimæ ſunt, aut mutarum ſibi eligit prolatu aſperrimas, iiſque ſyllabas condenſat. cujuſmodi hæc ſunt:

Horridus apparet cultu, confectus ab undis.
Triſtia fulſerunt Phorcynidos ora Meduſæ
Horrendo aſpectu: circum Terrorque, Metuſque.

Fluviorum præterea concurſum in eundem locum, & aquarum ſonitum ſe commiſcentium dictione imitari atque exprimere laborans, non jam leves ſyllabas, ſed robuſtas, ſed ſono duriori concurſantes adhibet:

Non ſecus hyberni ſummis de montibus amnes
Permiſtas volvunt plenis convallibus undas.

Quin & ſub armis quendam vi fluminis adverſi impulſum, modo ſe ſuſtentantem, modo impetu delatum ubi inducit, ſyllabarum eliſiones habet, temporum intervalla, & literarum crebra fulcimenta.

Peliden fremitu immani circumſtetit unda,
Et clypeo incumbens urgebat fluctibus amnis:
Nec poterat ſtabilire pedes.

Quorundam vero hominum, capitibus hinc illinc ad ſaxa alliſis, fragorem & interitum miſerabilem poeta oſtenſurus, inſuaviſſimis diu peſſimeque ſonantibus literis immoratur: nuſquam ſtructuram lævigat, nuſquam ſuavitate perfundit.

Prenſa manu, ut catulos, ſcopulis duo corpora fregit:
Fluxit humi cerebrum, & rorabat ſanguine tellus.

Immenſi

Iliad. δ', ver. 452. ubi pro ὄμβριμον, ὄβριμον ſcribitur.

16 Δεινόν.] Ex Iliad. φ', ver. 240. ſed pro στηρίζεσθαι, vulgatæ habent Editiones Homeri στηρίξασθαι: quæ lectio videtur melior, eo quod durius quiddam ſonat.

17 Σὺν δὲ δύω.] Ex Odyſſ. ι', ver. 289, hæc deſumpta ſunt. ita quoque egregie Virgilius:

duroſque reducta
Libravit dextra media inter cornua cæſtus
Arduus, effractoque illiſit in oſſa cerebro.

Quis non, perlectis his verſibus, literarum aſperitate delectatur, quæ ſonum, qualem oſſa edunt effracta, mirabili artificio exprimunt?

18 Ἐργάσασθαι.

Πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, εἰ πάντων παραδείγματα βουλοίμην φέρειν καὶ κατὰ τὸν τόπον τόνδε, ὧν ἄν τις ἀπαιτήσειεν. ὥστε ἀρκεσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβήσομαι. Φημὶ δὴ τὸν βουλόμενον [18] ἐργάσασθαι λέξιν καλὴν, ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνὰς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἢ σεμνότητα περιείληφεν ὀνόματα, εἰς τοῦτο συνάγειν. Εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον [19] ἐν τοῖς περὶ Λέξεως· ἔνθα ὁρίζει τίνα ὀνόματα φύσει καλά· παραδείγματος ἕνεκα, ὧν συντιθεμένων, καλὴν οἴεται καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν· καὶ αὖθις ἕτερα μικρὰ καὶ ταπεινὰ, ἐξ ὧν οὔτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν, οὔτε λόγον. καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα τῷ ἀνδρὶ εἴρηται. Εἰ μὲν οὖν ἐγχωροίη πάντα εἶναι τὰ μόρια τῆς λέξεως, ὑφ' ὧν μέλλει δηλοῦσθαι τὸ πρᾶγμα, εὔφωνά τε καὶ καλλιρρήμονα, [20] μανίας ἔργον ζητεῖν τὰ χείρω· εἰ δὲ ἀδύνατον εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν ἔχει, τῇ πλοκῇ καὶ μίξει καὶ παραθέσει πειρατέον ἀφανίζειν τὴν τῶν χειρόνων φύσιν· ὅπερ Ὅμηρος εἴωθεν ἐπὶ πολλῶν ποιεῖν. Εἰ γάρ τις ἔροιτο ὁντινοῦν τῶν ποιητῶν ἢ ῥητόρων, τίνα σεμνότητα ἢ καλλιλογίαν ταῦτα ἔχει τὰ ὀνόματα, ἃ ταῖς Βοιωτίαις κεῖται πόλεσιν, [21] Ὑρία, καὶ Μυκαλησσὸς, καὶ Γραῖα, καὶ Ἐτεωνὸς, καὶ Σκῶλος, καὶ Θίσβη, καὶ Ὀγχηστὸς, καὶ Εὔτρησις, καὶ τἄλλα ἑξῆς, ὧν ὁ ποιητὴς μέμνηται, οὐδεὶς ἂν

εἰπεῖν

18 Ἐργάσασθαι.] Aoriſtus pro præſenti tempore ponitur. Mox pro εἰς τοῦτο, legendum forſan εἰς ταὐτὸ συνάγειν. verum hæc ſententia luxata eſt, & verbum aliquod, puta δεῖν, à quo pendeut Infinit. συνάγειν, deſideratur.

19 Ἐν τοῖς περὶ Λέξεως.] Hujus libri meminit Dionyſius & in Lyſia: ibi à Theophraſto Lyſias reprehenditur. quin & Demetrius Sect. 175, ex hoc Theophraſti libello pulcra definit vocabula: Ὡρίσατο δ' αὐτὰ Θεόφραστος οὕτως, Κάλλος ὀνόματός ἐστι, τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ, ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ

ἔντιμον

Immenſi ſane laboris res eſſet, ſi omnium vellem exempla recenſere, quæ ad hunc locum pertineant, & à nonnullis fortaſſe repoſcantur. his igitur quæ ſunt dicta, contentus, ad reliqua me conferam. Cenſeo autem, cui in animo eſt orationem quam pulcerrimam elaborare, eum in ſtruendis vocibus omnino debere, quæcunque elegantiam ſortita, aut magnificum quiddam ac grande præ ſe ferant vocabula, in unum omnia colligere. De quibus à Theophraſto philoſopho communius dictum eſt, in libello *de Dictione* inſcripto, quo ille, natura quæ pulcræ ſint voces, definit: exempli gratia, quibus conjunctis, pulcram evaſuram arbitratur & magnificam locutionem: quædam è contra notat vocabula eſſe omnino humilia atque abjecta, è quibus nec poema conſtitui, nec orationem ullius pretii poſſe aſſerit. nec mehercule à ſcopo aberrantia hæc literis vir ille prodidit. Nam ſi ita res ſe haberet, ut omnes orationis partes quibuſcunque negotia vitæ neceſſaria exprimantur, ſonoræ fuerint & venuſtate plenæ, amentiæ eſſet incredibilis deteriores quærere: ſin vero id neutiquam fieri poteſt, quemadmodum in multis accidit, implicatione, miſtura, ac ſitu, deterrimarum, quantum poteſt, natura eſt obſcuranda. id quod Homerus paſſim ſolet facere. Nam ſi ex poetis quempiam aut rhetoribus interroges, quam tandem dignitatem aut pulcritudinem habeant vocabula, quæ Bœotiæ civitatibus imponuntur, *Hyria*, *Mycaleſſus*, *Græa*, *Eteonus*, *Scholus*, *Thisbe*, *Onchestus*, *Eutreſis*, & quæ ſequuntur, quorum ordine poeta meminit; nè minimam quidem eorum vel

unus

ἔντιμον. Hic prius vocabatur Tyrtamus, διὰ τὸ θείως φράζειν, ut ſcribit Suidas, ὑπὸ Ἀριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφραστος, εἶτα Θεόφραστος.

20 Μανίας ἔργον.] Parum compta videtur hæc lectio, quam luxatam arbitror. locus erit facilior multo, ſiquis hoc modo legat: *μανίας ἂν εἴη ἔργον ζητεῖν*, ſeu *μανίας ἂν ἔργον εἴη ζητεῖν τὰ χείρω*: εἴη mox poſt ἀδύνατον è contextu ſublato.

21 Ὑρία.] Quæ ſcribenti Dionyſio in memoriam prima veniebant, ea literis mandavit. Neque enim veriſimile eſt, tantam eum verſuum farraginem, quam Sylburgius annumerat, hoc loco congeſſiſſe.

22 Συνύφανεν.

εἰπεῖν οὐδ᾽ ἥντινοῦν ἔχει. ἀλλ᾽ οὕτως αὐτὰ καλῶς ἐκεῖνος 22 συνύφανεν, καὶ παραπληρώμασιν εὐφώνοις διείληφεν, ὥστε μεγαλοπρεπέστατα φαίνεσθαι τούτων ὀνόματα.

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον,
Ἀρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε, Κλονιός τε·
Οἵθ᾽ Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ᾽ Ἐτεωνόν,
Θέσπειαν, Γραῖάν τε καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν·
Οἵτ᾽ ἀμφ᾽ 23 Ἅρμ᾽ ἐνέμοντο, καὶ Εἰλέσιον, καὶ Ἐρυθράς·

Οἵτ᾽ Ἐλεῶν᾽ εἶχον, ἠδ᾽ Ὕλην καὶ Πετεῶνα,
Ὠκαλέην, Μεδεῶνά τ᾽ ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Ἐν εἴδεσι λέγων οὐκ οἴομαι πλειόνων δεῖν παραδειγμάτων· ἅπας ἐστὶν ὁ Κατάλογος 24 αὐτῶν τοιοῦτος, καὶ πολλὰ ἄλλα. ἐν οἷς ἀναγκασθεὶς ὀνόματα λαμβάνειν οὐ καλὰ τὴν φύσιν, ἑτέροις αὐτὰ κοσμεῖ καλοῖς, καὶ λύει τὴν ἐκείνων δυσχέρειαν τῇ τούτων εὐμορφίᾳ. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

ΤΜΗ͂ΜΑ

22 Συνύφανεν.] Major erit temporum ſimilitudo, ſi legas συνύφαγκε: ut infra Sect. 18. ἀλλ᾽ εὖ συγκεκρύφασιν αὐτοὺς καὶ συνυφάγκασι. Ibidem paulo ante nota, minorem Bœoticorum oppidorum à Dionyſio poni numerum, quàm paulo poſt in Homerico catalogo: & contra Θίσβην atque Ὀγχηστὸν à Dionyſio memorari, quarum hic nulla fit mentio. Sed hic memineris non integrum in vulgatis Dionyſii Editionibus citari locum, atque addi poſſe ſeptem hos ex Homeri exemplaribus verſus; hos ſcilicet:

Κώπας, Εὔτρησίν τε, πολυτρήρωνά τε Θίσβην,
Οἵ τε Κορώνειαν, καὶ ποιήενθ᾽ Ἁλίαρτον,

Οἵτε

unus his nominibus ineſſe reſponderet. quæ tamen omnia adeo pulcre contexuit, adeo ſonoris verborum complementis diſtincta illuminavit, ut ipſa etiam ampliſſima videantur & magnifica.

Agmina Bœotûm, bello fortiſſima, ducunt
Peneleuſque duces & Leïtus, ordine primi:
Arceſilauſque, Prothoenorque, Cloniuſque.
Quique Hyrien coluere, atque Aulidis aſpera ſaxa,
Qui Schœnon, Scolumque, & crebro monte Eteonum;
Theſpiam, Græamque: & qui ſpatia ampla tenebant
Antiquæ Mycaleſſi, & letho nobile vatis
Argivi Harma; urbes & Erythras, Ileſiumque:
Quique Eleona habuere, atque Hylen, & Peteona,
Ocalean, & qui muris Medeona ſuperbam.

Cum autem dicam in genere, pluribus exemplis uti non neceſſe exiſtimo. Eſt enim tota enumeratio ejuſdem generis, ut & multa alia; in quibus poeta coactus verba aſſumere natura minime pulcra, aliis pulcrioribus exornat, eorumque aſperitatem horum venuſtate & gratia diluit. Sed de his quidem hactenus.

S E C T I O

Οἵ τε Πλάταιαν ἔχον, ἠδ᾽ οἳ Γλίσαντ᾽ ἐνέμοντο,
Οἵ θ᾽ Ὑποθήβας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ὀγχηστόν θ᾽, ἱερὸν Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος·
Οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον, οἵ τε Μίδειαν,
Νῖσάν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ᾽ ἐσχατόωσαν.

Sylburgius.

23 Ἅρμα.] Homeri Scholiaſtes: Ἅρμα, πόλις τῆς Βοιωτίας, ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τοῦ αὐτόθι καταποθῆναι σὺν τοῖς ἵπποις τὸ Ἀμφιαρέως τοῦ μάντεως ἅρμα σὺν αὐτῷ. ne verſionem Latinam mireris.

24 Ἀυτῶν τοιοῦτος.] Locutio infrequentior, pro αὐτὸς τοιούτων.

ΤΜΗ͂ΜΑ ιζʹ.

Ἀριθμῶν ἢ ῥυθμῶν περί.

Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἔφην οὐ μικρὰν μοῖραν ἔχειν τῆς ἀξιωματικῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς συνθέσεως, ἵνα μή μέ τις εἰκῆ δόξῃ λέγειν, ῥυθμοὺς καὶ μέτρα μουσικῆς οἰκεῖα θεωρίας, εἰς οὐ ῥυθμικὴν οὐδ' ἔμμετρον εἰσάγοντα διάλεκτον, ἀποδώσω καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον. ἔχει δὲ οὕτως· Πᾶν ὄνομα καὶ ῥῆμα καὶ ἄλλο μόριον λέξεως, ὅτι μὴ μονοσύλλαβόν ἐστιν, ἐν ῥυθμῷ τινι λέγεται· τὸ δ' αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν.

Δισύλλαβοι πόδες.

[1] Δισυλλάβου μὲν οὖν λέξεως διαφοραὶ τρεῖς. ἢ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ἔσται βραχειῶν, ἢ ἐξ ἀμφοτέρων μακρῶν, ἢ τῆς μὲν βραχείας, τῆς δὲ μακρᾶς. Τοῦ δὲ τρίτου τούτου τοῦ ῥυθμοῦ διττὸς ὁ τρόπος· ὁ μέν τις, ἀπὸ βραχείας, καὶ λήγων εἰς μακράν· ὁ δὲ, ἀπὸ μακρᾶς, καὶ λήγων εἰς βραχεῖαν. Ὁ μὲν οὖν βραχυσύλλαβος, [2] Ἡγεμών τε καὶ [3] Πυῤῥίχιος καλεῖται, καὶ οὔτε μεγαλοπρεπής ἐστιν, οὔτε σεμνός. σχῆμα δ' αὐτοῦ τοιόνδε·

Λέγε δὲ σὺ κατὰ πόδα νεόλυτα μέλεα.

Ὁ δ'

1 Δισυλλάβου.] De pedibus ſive numeris orationis multi ſcripſerunt; nemo autem Dionyſio fuſior. Ariſtoteles lib. 3, Rhet. cap. 8. Cicero de Orat. lib. 3. Fabius itidem: nam Longinus eos tantum recenſet pedes, Sect. 40, qui potiſſimum Sublimitati adverſentur.

2 Ἡγεμών.] De quo ita Terentianus:

Primus ille eſt, jure primus,
ἡγεμὼν qui dictus eſt,
Author & ductor melorum, qui
duas breves habet.

nominis rationem tradit Dionyſ. in Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότ. Καλοῦσι τὸν οὕτως κατασκευασθέντα ῥυθμὸν Ἡγεμόνα, πρῶτον ἔχοντα λόγον τὸν ἴσον ἄρσει τε καὶ θέσει χρόνων.

3 Πυῤῥίχιος.

Sectio XVII.

De numeris orationis.

Quoniam vero ad grandem orationis compoſitionem & magnificam dixi numeros non parum conferre; nè quis forte me nullo judicio id dixiſſe arbitretur, qui numeros & metra, diſciplinæ muſices familiaria, ſermoni proſaico & numeros & metra reſpuenti, obtrudam, de his etiam conſilii rationem daturus ſum. Sic autem ſe res habet: Omne nomen & verbum, & quævis alia pars orationis, modo non ſit monoſyllaba, numero quodam profertur. idem vero, & pedem & rythmum voco.

Pedes diſſyllabi.

Diſyllabæ quidem vocis tres ſunt differentiæ. aut enim utriſque conſtat brevibus, aut utriſque longis; aut altera longa, altera brevi. hujus autem tertii pedis duplex eſt forma: aut enim à brevi incipit, & in longam ſyllabam deſinit; aut incipit à longa, & in brevem deſinit. Pes autem, qui è duabus brevibus conſtat, vocatur Hegemon, ſive Pyrrichius: numerus nec magnificus, nec gravis. cujus hæc figura eſt,

Tu vero refer è veſtigio recens—ſoluta membra.

Qui

3 Πυῤῥίχιος.] Pyrrichius, ut primus ordine, ita dignitate poſtremus, cum è duabus brevibus conſtet ſyllabis, volat potius quam currit. Nullum ex eo alicujus momenti conſtitui poteſt carmen, cum numero & pondere pene careat. Aptus duntaxat ad celeres motus exprimendos, cujuſmodi erant armati ſaltus Corybantum apud Græcos, & Saliorum apud Romanos; unde etiam à mobilitate dictus creditur, quaſi totus igneus. *J. Voſſius.*

4 Σπονδεῖος.

Ὁ δ᾽ ἀμφοτέρας τὰς συλλαβὰς μακρὰς ἔχων, κέκληται μὲν [4] Σπονδεῖος, ἀξίωμα δ᾽ ἔχει μέγα καὶ σεμνότητα πολλήν. παράδειγμα δ᾽ αὐτοῦ τόδε·

[5] Ποίαν δῆθ᾽ ὁρμάσω, ταύταν ἢ κείναν, κείναν ἢ ταύταν;

Ὁ δ᾽ ἐκ βραχείας τε καὶ μακρᾶς συγκείμενος, ἐὰν μὲν τὴν ἡγουμένην λάβῃ βραχεῖαν, [6] Ἴαμβος καλεῖται, καὶ οὐκ ἔστιν οὐκ ἀγεννής· ἐὰν δ᾽ ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἄρχηται, [7] Τροχαῖος, καὶ ἔστι μαλακώτερος θατέρου καὶ ἀγεννέστερος. παράδειγμα δ᾽ τοῦ προτέρου τοιόνδε·

Ἔπει χολὴ πάρεστι, παῖ Μενοιτίου.

τοῦ δ᾽ ἑτέρου·

[8] Θυμὲ, θυμ᾽ ἀμηχάνοισι κήδεσι κυκώμενε.

Τρισύλλαβοι πόδες.

Δισυλλάβων μὲν δὴ μορίων λέξεως διαφοραί τε καὶ ῥυθμοὶ καὶ σχήματα τοσαῦτα. Τρισυλλάβων δ᾽ ἔστι πλείω τῶν εἰρημένων, καὶ ποικιλωτέραν ἔχοντα θεωρίαν. [9] ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστὼς, καλούμενος δ᾽ ὑπό τινων Χορεῖος, τρίβραχυς ποὺς· οὗ παράδειγμα τοιόνδε·

[10] Βρόμιε, δοριτοφόρε, ἐνυάλιε, πολεμοκέλαδε.

ταπεινός

4 Σπονδεῖος.] Hic pes inceſſum habet tardum & magnificum, itaque rebus gravibus, & maxime ſacris, vel ipſo atteſtante vocabulo, imprimis adhibetur. *Idem.*

5 Ποίαν δῆθ᾽.] En loci ex Euripidis Hecuba conſimiles: ver. 163, Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν Στείχω; ver. 1060, Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ τάνδ᾽ ἐξαλλάξω;

6 Ἴαμβος.] Iambo nullus uſitatior pes, omnibus temporibus & ab omnibus pene gentibus præcipue frequentatus. Inceſſum & percuſſionem habet inſignem & virilem, cum à brevi incipiat & deſinat in motum gravem. Eſt itaque non acer tantum & bellicus, ſed & mordax & iracundus, ſic dictus ab ἰάπτειν, id eſt, θυμοῦσθαι, διώκειν, ἰάπτειν, ut interpretantur Grammatici. *Voſſ.*

7 Τροχαῖος.

Qui vero utramque habet longam, ſpondeus appellatur; ac magnificum habet inceſſum & plenum gravitatis. Exemplum ſit,

Qua tandem via me propere conferam? hac, an illa: illa, an hac?

At qui è longa & brevi conſtat, ſi brevem præeuntem acceperit, vocatur Iambus, pes in primis generoſus: ſin à longa inceperit, Trochæus, priore multo mollior, nec ita generoſus. Prioris exemplum eſt hujuſmodi:

Vacat, Patrocle, mens mihi à negotiis.

hoc vero alterius,

Vita, vita macerata maximis doloribus.

Pedes triſyllabi.

Diſyllabarum itaque dictionum differentiæ, pedes, & figuræ totidem ſunt: aliæ vero triſyllabarum; quæ plures præcedentibus, multo fuſiorem admittunt conſiderationem. Nam qui totus è brevibus conſtat, vocatus à quibuſdam Choreus, pes tribrachys; cujus hoc exemplo eſt,

Bromie, Thyrſiger, Martie, belli ſtrepitu gaudens.

abjectus

7 Τροχαῖος.] Iambo oppoſitus trochæus, à longa incipiens, & in brevem deſinens ſyllabam. Debilem & muliebrem prorſus pes iſte imitatur motum, vehemens in initio, ſed cito deficiens. Quapropter lenibus & amatoriis affectibus exprimendis eſt aptus. *Idem.*

8 Θυμέ.] Extat hic Archilochi verſus cum paucis aliis apud Stobæum, ἐν τῷ περὶ Ὀργῆς.

9 Ὁ μὲν γάρ.] Hic nominativus verbo ἐστι, qui paulo infra ſequitur ταπεινός τε καὶ ἄσεμνός ἐστι, præcedit.

10 Βρόμιε.] Si cum Apoſtropho legas δορατοφόρ', erit juſta metri deſinentia. Sic paulo infra, ut juſta fiat deſinentia, legendum videtur διράμβε, expuncta ſyllaba θυ: ut Bacchus dicatur διραμβος ex eo quod, cum immaturus à Semele per abortum eſſet editus, Διὸς ἐνερραμμένος μηρῷ, ita demum ad maturitatem eſt perductus. vel quaſi δὶς ἐρραμμένος: primum ſcilicet Semeles utero, deinde Jovis femori inſutus. *Sylburg.*

11 Μολοττόν.

ταπεινός τε καὶ ἄσεμνός ἐστι καὶ ἀγεννής, καὶ οὐδὲν ἂν ἐξ αὐτοῦ γένοιτο γενναῖον. ὁ δὲ ἐξ ἁπασῶν μακρῶν, 11 Μολοττὸν δὲ αὐτὸν οἱ μετρικοὶ καλοῦσι, ὑψηλός τε καὶ ἀξιωματικός ἐστι καὶ διαβεβηκὼς ὡς ἐπὶ πολύ. παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε·

Ὦ Ζηνὸς καὶ Λήδας, κάλλιστοι σωτῆρες.

Ὁ δ᾽ ἐκ μακρᾶς καὶ δυοῖν βραχειῶν, μέσην μὲν λαβὼν τὴν μακρὰν 12 ἑκατέρας τῶν βραχειῶν, Ἀμφίβραχυς ὠνόμασται, καὶ οὐ σφόδρα τῶν εὐσχημόνων ἐστὶ ῥυθμῶν, ἀλλὰ διακέκλασταί τε καὶ πολὺ τὸ θῆλυ καὶ ἀγεννὲς ἔχει. οἷά ἐστι ταυτί·

Ἴακχε διθύραμβε, σὺ τῶνδε χοραγέ.

Ὁ δὲ περιλαμβάνων τὰς δύο βραχείας, Ἀνάπαιστος μὲν καλεῖται, σεμνότητα δὲ ἔχει πολλήν· καὶ ἔνθα δεῖ μέγεθος περιθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἢ πάθος, ἐπιτήδειός ἐστι παραλαμβάνεσθαι. τούτου τὸ σχῆμα τοιόνδε·

Βαρύ μοι κεφαλῆς 13 ἐπίκρανον ἔχειν.

Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀρχόμενος, λήγων δὲ εἰς τὰς βραχείας, 14 Δακτυλικὸς μὲν καλεῖται, πάνυ δέ ἐστι σεμνὸς, καὶ εἰς κάλλος ἁρμονίας ἀξιολογώτατος, καὶ τό γε ἡρωϊκὸν μέτρον ἀπὸ τούτου κοσμεῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε·

15 Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

Οἱ

11 Μολοττόν.] Tribrachei contrarius Moloſſus, cum omnes ſyllabas habeat longas, dignitatem habet præcipuam. Stabilem & magnificam pes iſte habet gravitatem, quapropter Dionyſius διαβεβηκότα illum appellat, velut latis paſſibus omnia pervadentem. *Voſſ.*

12 Ἑκατέρας.] Deſideratur, ut puto, ἐξ particula ante ἑκατέρας.

13 Ἐπίκρανον.] Quod ſuper caput eſt: *Vitta, capitis ligamentum*, κεφαλόδεσμος: *tegumentum muliebre*, κρήδεμνον. ita hunc locum H. Stephanus interpretatur. At Infinitivum ἔχειν ex

abjectus eſt, & nullius aut gravitatis, aut ponderis; ex quo nihil generoſum poſſit conſtitui. qui vero ex omnibus longis conſtat, quem Moloſſum rerum metricarum ſcriptores appellant, ſublimis eſt, & dignitatem habet, latis ut plurimum paſſibus incedens. En exemplum illius:

O fratres Ledæi, ſervatores optimi.

Qui longa & duabus conſtat brevibus, ſi mediam acceperit longam, & utrinque breves, Amphibrachys dicitur, numeros inter elegantes vix habendus. nam fractus eſt, & multum in ſe muliebre continet, multum ignobile. qualia ſunt hæc:

Iacche dithyrambe, qui hos choro præis.

At qui duas initio breves ceperit, Anapæſtus vocatur, pes in primis gravis; &, ſicubi magnitudo rebus fuerit adhibenda, aut affectus majores excitandi, nullus eo numerus poteſt accipi accommodatior. cujus figura talis eſt,

Grave eſt mihi, capitis geſtare ornamentum.

Sed pedi, qui à longa exorſus, brevibus duabus terminatur, nomen eſt Dactylo. hic gravitate eximia præditus, quam plurimum ad felicem ſtruendæ orationis venuſtatem confert, maximum heroici carminis ornamentum. Exemplum eſt:

Ad Ciconas tulit Iliacis celer Eurus ab oris.

Metrici

ex Euripide, cum prius ἔχει legebatur, repoſui. Ex Hippolyto locus deſumptus eſt, ver. 201: ubi Phædra amore languens, & libidinis æſtu jam conſumpta, ne mundum quidem ſuſtinet muliebrem.

14 Δακτυλικὸς] Pro δακτυλικὸς ſequenti Sect. legitur δάκτυλος, ὃ δ' ἑξῆς δάκτυλος: itidemque Sect. 20, οἱ γὰρ ἄλλοι πάντες εἰσὶ δάκτυλοι; & alibi. excuſari tamen & hæc lectio poteſt, ut infra ſequenti Sect. ἐν ᾗ μήτε πυῤῥίχιός ἐστι πὺς, μήτε ἰαμβικός: ubi ἰαμβικὸς legitur, ſubaudito ſubſtantivo nomine πὺς. *Sylburg.*

15 Ἰλιόθεν.] Ex Odyſſ. ι, ver. 40.

Οἱ μέν τοι ῥυθμικοὶ τούτου τοῦ ποδὸς τὴν μακρὰν βραχυτέραν εἶναί φασι τῆς τελείας· οὐκ ἔχοντες δὲ εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν Ἄλογον. Ἕτερον δὲ ἀντίστροφόν τινα τούτῳ ῥυθμὸν, ὃς ἀπὸ τῶν βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον τοῦτον [16] τελευτᾷ, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαίστων, Κύκλον καλοῦσι, παράδειγμα αὐτοῦ φέροντες τοιόνδε·

Κέχυται πόλις ὑψίπυλος κατὰ γᾶν.

Περὶ ὧν ἂν ἕτερος εἴη λόγος. πλὴν ἀμφότεροί γε τῶν πάνυ καλῶν οἱ ῥυθμοί. Ἓν ἔτι λείπεται τρισυλλάβων ῥυθμῶν γένος, ὃ συνέστηκε μὲν ἐκ δύο μακρῶν καὶ βραχείας, τρία δὲ ἔχει σχήματα· μέσης μὲν γὰρ γενομένης τῆς βραχείας, ἄκρων δὲ τῶν μακρῶν, [17] Κρητικός τε λέγεται, καὶ ἔστιν οὐκ ἀγεννής. ὑπόδειγμα δὲ αὐτοῦ τοιόνδε·

Οἱ δ᾽ ἐπείγοντο πλωταῖς ἀπήνῃσι χαλκεμβόλοισιν.

Ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν αἱ δύο μακραὶ κατάσχωσι, τὴν δὲ τελευτὴν βραχεῖα, οἷά ἐστι ταυτί·

[18] Σοὶ, Φοῖβε Μοῦσαί τε, συμβῶμεν·

[19] ἀνδρῶδες δὲ πάνυ τοῦτο σχῆμα, καὶ εἰς σεμνολογίαν ἐπι-

16 Τελευτᾷ.] Τελευτᾷ videtur hic active uſurpatum, pro τελευτᾶν ποιεῖ; *deſinere facit.* Sylb.

Ibid. Τελευτᾷ.] Hac in re Sylburgio non aſſentior, qui τελευτᾷ active ſumi putat. nam pro τοῦτον, legendum eſt ταύτην potius; ἐπὶ τὴν ἄλογον ταύτην, ſubaudi συλλαβήν.

17 Κρητικός.] Cicero de Orat. lib. 3: *Eſt autem pæon hic poſterior----par fere Cretico, qui eſt ex longa, & brevi, & longa: ut,*
Quid petam præſidii, aut exſequar? quove nunc.
A quo numero exorſus eſt Fannius, Si, Quirites, minas illius. Alias vocatur amphimacer: eſt autem pes non ignobilis, præſertim ſi commodam ſortiatur ſtationem.

18 Σοὶ, Φοῖβε.] Minus gravitatis habet hypobacchius, (*hic à Dionyſio vocatur Bacchius*) quod brevis ſyllaba ſubſequatur duas

Metrici quidem ſcriptores longam hujus pedis ſyllabam perfecta breviorem eſſe dicunt: cum vero quantum abſit, nequeant dicere, *Irrationalem* nuncupant. Alium porro pedem, huic altera ex parte quaſi reſpondentem, qui à brevibus exorſus hac terminatur irrationali, quem etiam ab Anapæſto diverſum volunt, appellant Circulum: hoc ipſius allato exemplo,

Æquata ſolo eſt, urbs altis portis ornata.

Sed de his alius forte dicendi locus: veruntamen utrique inter pedes pulcerrimos ſunt habendi. Unum adhuc reſtat pedum triſyllaborum genus, quod è duabus conſtat longis, & una brevi; cui tres ſunt formæ. Nam cum media brevis eſt & extremæ longæ, appellatur Creticus; numerus haud contemnendo genere. Exemplum autem iſtiuſmodi eſt:

Hi vero contendebant ratibus navigationi aptis, æreis roſtris.

Quod ſi principium duæ occupaverint longæ, finem brevis; cujuſmodi ſunt,

Tecum Phœbe Muſæque, ineamus gratiam:

virilis admodum erit hæc forma, & ad dignitatem orationi conciliandam accommoda. Idem etiam ſolet evenire, ſi brevis

duas longas. Pes incommodus & rarus. Quapropter eum carminibus inutilem eſſe ſcribit Hephæſtion. *Voſſ.*

19 Ἀνδρῶδές δὲ.] Legendum videtur ἀνδρῶδές τε: aut δὲ redditive accipienda eſt. vel comma unum & alterum deeſt. In ſequent. vulgati libri corrupte habent εἰς σεμνότητολογίαν: qua de re monuit etiam Henricus Stephanus Schediaſmatum libro 2, cap. 14. Σεμνολογίας autem vocabulo ſupra quoque uſus eſt Dionyſius Sect. 11, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὴν σεμνολογίαν: & infra aliquoties. Sequens locus citatur à Petro Victorio, Variarum lectionum lib. 4, cap. 1: ubi notat, pedem quem Fabius Quintilianus Baccheum appellat, à Dionyſio Halicarnaſſeo Hypobaccheûm vocari. *Sylburg.*

19 Συνεπεία.] *Contextu verborum.* Dicitur à Grammaticis aliquod vocabulum eſſe ἐν τῇ συνεπείᾳ, quum in fine Sententiæ non ponitur. Quidam ex σὺν & ἕπομαι, non ex ἔπος, deductum putarunt. *Stephanus.*

20 Ὑποτάσσεσθαι.] Poſt ὑποτάσσεσθαι deſideratur verbum φιλεῖ, ut ſupra, ὡς τὰ πολλὰ χρῆσθαι φιλεῖ: aut πέφυκε, ut paulo poſt, τῶν μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι, vel aliud conſimile. *Sylburg.* † Uncis τὸ πέφυκε incluſimus, ex conjectura Sylburgii admiſſum, ut ſtructura & ſenſus loci conſtaret.

21 Ἐν τοῖς τοιύτοις.] Si quantitatis adjectivum malis, τοσύτοις, per me licet. *Idem.*

22 Σοὶ

καὶ ῥήμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις, ἡμιφώνων τε γραμμάτων συμπλοκὰς τῶν μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι, καὶ οὐδὲ ταύτας ἐπὶ πολὺ τραχυνούσας τὴν εὐέπειαν εὑρίσκω· φωνηέντων δὲ παραθέσεις τὰς μὲν ἐν τοῖς κώλοις αὐτοῖς γινομένας, ἔτι ἐλάττους ἢ τοσαύτας· τὰς δὲ συναπτούσας τὰ κῶλα ἀλλήλοις, ὀλίγῳ τινὶ τούτων πλείονας. Εἰκότως δὴ γέγονεν ἡ λέξις εὔρους τις καὶ μαλακὴ, τῆς ἁρμονίας τῶν ὀνομάτων μηδὲν ἀποκυματιζούσης τὸν ἦχον. Ἔλεγον δ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς συνθέσεως ταύτης ἰδιώματα, καὶ ἀπεδείκνυον ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων τοιαῦτα ὄντα οἷα ἐγώ φημι, εἰ μὴ μακρὸς ἔμελλεν ὁ λόγος γενήσεσθαι, καὶ ταυτολογίας τινὰ δόξαν παρέχειν. Ἐξέσται γάρ σοι καὶ [22] παντὶ ἄλλῳ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν ἐξηριθμημένων ὑπ' ἐμοῦ κατὰ τὴν προέκθεσιν τοῦ χαρακτῆρος, ἐπιλέγεσθαί τε καὶ σκοπεῖν ἐπὶ παραδειγμάτων κατὰ πολλὴν εὐκαιρίαν καὶ σχολήν· ἐμοὶ δ' οὐκ ἐγχωρεῖ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἀπόχρη δεῖξαι μόνον ἀρκούντως ἃ βούλομαι τοῖς δυνησομένοις παρακολουθῆσαι.

Ἑνὸς ἔτι παραθήσω λέξιν ἀνδρὸς εἰς τὸν αὐτὸν κατεσκευασμένην χαρακτῆρα, Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος, ὃν ἐγὼ μάλιστα πάντων οἴομαι [23] τῶν πεζῇ τῇ λέξει χρησαμένων, ταύτην ἀκριβοῦν τὴν ἁρμονίαν. Ἔστι δὲ ἡ λέξις ἐκ τοῦ [24] Ἀρειοπαγιτικοῦ ἥδε·

" Πολλοὺς ὑμῶν [25] οἴομαι θαυμάζειν, ἥν τινά ποτε
" γνώμην ἔχων, περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην·
" ὥσπερ τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης, ἢ σφαλερῶς αὐτῇ

τῶν

22 Σοὶ παντί.] Legendum videtur, καὶ παντὶ ἄλλῳ, & cuilibet alii. *Idem.* † Ita reſcripſimus, copulativa καὶ inſerta.

23 Τῶν πεζῇ τῇ.] Magis fortaſſe compta lectio, ſi locis mutatis ita formetur, τῶν τῇ πεζῇ λέξει.

24 Ἀρειοπαγιτικοῦ.] Ita quidem reliqui omnes præter Sylburgium, qui ἄνευ διφθόγγου & hoc loco, & in Iſocrate pag. 97, Ἀρεοπαγ-

rarum ſemivocalium connexiones, quæ ſibi invicem à natura permiſceri nequeant, repertæ ſunt; eaſque non ita multum invenio dictionis aptam concinnitatem exaſperare: vocalium concurſationes, quæ ipſis membris acciderunt, aut totidem, aut etiam pauciores: earum vero quæ mutuo ſibi membra connectunt, paulo plures. Jure itaque facta eſt hæc oratio in primis & pulcre fluens, & mollis; ſiquidem verborum ſtructura ſonum non reddat inquietum. Cætera quoque huic compoſitioni quæ propria ſunt & familiaria enarraſſem, & quæ mihi ſunt tradita hac de re, allatis exemplis eſſe vera oſtendiſſem, niſi quod in nimium inde excreviſſet oratio, & quandam iterationis otioſæ ſpeciem præbuiſſet. Tibi etenim, *mi Rufe*, vel alteri cuilibet, facultas erit ex occaſione data atque otio, hæc ſingula à me in explicando hoc charactere enumerata recenſendi, aliiſque porro adductis exemplis expendendi: mihi vero id præſtare non licet. Nam ea tantum quæ velim, non ita perfunctorie demonſtraſſe ſufficit, iis ſcilicet hominibus, qui paſſibus æquis nos ſequi potuerint.

Unius inſuper ſcriptoris orationem adjungam, eadem dicendi forma & charactere compoſitam, Iſocratis rhetoris: quem ego omnium, quotquot ſoluta utuntur oratione, hoc genus dicendi abſolutiſſimum perfeciſſe arbitror. Eſt autem ex Areopagitica deſumpta:

Multos veſtrum equidem mirari puto, quidnam mihi in mentem venerit, ut de ſalute reipublicæ pro concione verba facturus prodeam: tanquam civitas in periculo jam verſaretur, aut lubrico

Ἀρεοπαγιτικῷ ſcribit. Cur autem eo nomine appelletur hæc oratio, ita Henr. Stephanus:

Exiſtimatur vocata fuiſſe Areopagitica hæc oratio, quod ab Iſocrate in ipſo Areopago habita fuerit: ſed fieri etiam poteſt (meo quidem judicio) ut à dignitate & præſtantia nomen hoc conſecuta ſit: tanquam digna, quæ vel in medio Areopago haberetur.

25 Οἴομαι.] Iſocratis Editiones οἶμαι contractum habent.

" τῶν πραγμάτων [26] καθεςώτων, ἀλλ' οὐ πλείους μὲν
" τριήρεις ἢ διακοσίας κεκτημένης, εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν
" χώραν ἀγούσης, καὶ τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχούσης· ἔτι δὲ
" συμμάχους ἐχούσης πολλοὺς μὲν, τοὺς ἑτοίμως ἡμῖν, ἤν τι
" δέῃ, βοηθήσοντας, πολὺ δὲ πλείους τοὺς τὰς συντάξεις ὑπο-
" τελοῦντας, καὶ τὸ προςαττόμενον ποιοῦντας. ὧν ὑπαρχόντων,
" [27] ἡμᾶς μὲν ἄν τις φήσειεν εἰκὸς εἶναι θαῤῥεῖν, ὡς πόῤῥω
" τῶν κινδύνων ὄντας· τοῖς δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προ-
" σήκειν δεδιέναι, καὶ βουλεύεσθαι περὶ σωτηρίας.

" Ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ λογισμῷ,
" καὶ τῆς ἐμῆς προσόδου καταφρονεῖτε, καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε τὴν
" Ἑλλάδα ταύτῃ τῇ δυνάμει κατασχήσειν· ἐγὼ δὲ δι'
" αὐτὰ ταῦτα τυγχάνω δεδιώς. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς
" ἄριςα πράττειν οἰομένας, τὰ [28] ἥκιςα συμβουλευομέ-
" νας· καὶ τὰς μάλιςα θαῤῥούσας, εἰς πλείςους κινδύνους κα-
" θιςαμένας. Αἴτιον δὲ τούτων ἐςὶν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ
" τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίνεται τοῖς ἀν-
" θρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν
" [29] πλούτοις καὶ ταῖς δυναςείαις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης
" ἀκολασία, ταῖς δὲ ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ
" πολλὴ μετριότης. ὥςε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, ποτέραν
" ἄν τις [30] δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὑ-
" τοῦ καταλιπεῖν. Ἴδοιμεν γὰρ ἂν ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας
" εἶναι δοκούσης, ἐπὶ τὸ βέλτιον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις
" ἐπιδιδούσας· ἐκ δὲ τῆς κρείττονος φαινομένης, ἐπὶ τὸ χεῖ-
" ρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. Ταῦθ'

26 Καθεςώτων.] In vulgat. Editionibus Iſocratis incontracte legitur καθεςηκότων. In iiſdem paulo poſt rectius legitur ἑτοίμως: hac ſcilicet verborum ſtructura, τοὺς ἑτοίμως ἡμῖν βοηθήσοντας, ἤν τι δέῃ. *Sylb.* † Editio quidem Wolfiana, anno 1570 Baſileæ excuſa, ἑτοίμως legit; at Stephaniana, quæ prodiit anno 1593, (neque aliæ mihi ad manus ſunt) cum Dionyſio in omnibus conſentit. Ipſe autem ἑτοίμως feci: nam ἑτοίμους Infinitivum poſtulat, annotante Wolfio.

27 Ἡμᾶς

brico rerum ſtatu inſtabilique conſiſteret; nec triremes amplius ducentas poſſideret, nec pacatam haberet regionem, nec imperium maris obtineret; magna tum amicorum ſocietate munita, qui, ſi res poſtulet, nobis auxilio ſint, tum eorum longe plurium qui & tributa pendant, & imperata exequantur. Quæ cum ita ſint, nos quidem dixerit aliquis ſecuro eſſe animo, ut qui longe à periculis abſimus, hoſtes autem noſtros cauſam habere timoris, ac ſaluti ſuæ conſulere oportere.

Vos equidem pulcre ſcio, his fretos rationibus, meum jam vos alloquendi apparatum contemnere, & totius Græciæ imperium hiſce copiis paraturos ſperare; ego vero hanc præcipue ob cauſam in metu ſum: cum videam florentiſſimas, ut ſibi ipſis perſuaſere, civitates peſſimis uti conſiliis; & quæ ſecuriſſimæ ſunt, plurimis periculis circumveniri. In cauſa eſt, quod neque ſecundæ nec adverſæ res ullæ mortalibus ſolæ contingant: ſed ita comparatum eſt, ut opes & potentiam dementia, unaque intemperantia comitetur: inopiam vero ac humilitatem prudentia & vitæ moderatio. Quamobrem difficile judicatu eſt, utra iſtarum partium ſit præoptanda, quam liberis quiſpiam ſuis à ſe relictam velit: ſiquidem ex ea quæ deterior vulgo habetur, res incrementa plerumque videmus ad feliciorem vivendi ſtatum ſibi aſſumere; ex altera vero, quæ præſtantior judicatur, recidere ſolere in deterius.

Hæc

27 Ἡμᾶς μέν.] Edit. Iſocrat. ὑμᾶς.

28 Κάκιστα βουλόμ.] In iiſdem Edit. legitur, τὰ κάκιστα συμβουλόμενας: & mox ſuperlative. εἰς πλείστους κινδύνους. *Sylburg.* † Articulum τὰ contextui inſertum à me habes: συμβουλομένας pro ſimplici βουλομένας, (quam vocem Wolfius paſſive intelligit, ſcilicet ὑπὸ τῶν ῥητόρων) & mox πλείστους pro veteri πλείους.

29 Πλούτοις.] Eædem Iſocratis Editiones habent πλουσίοις, *divitibus:* minus congruenter. *Sylburg.* † Πλούτοις habent, & Stephani, & Wolfii.

30 Δέξαιτο.] Ἀντὶ τοῦ ἕλοιτο: ſed quid ſi εὔξαιτο; *Wolfius.*

 31 Διαβέβηκεν.

Ταῦθ' ὅτι συνείληπταί τε καὶ συγκέχρωσται, καὶ οὐ καθ' ἓν ἕκαστον ὄνομα ἐν ἕδρᾳ περιφανεῖ καὶ πλατείᾳ βέβηκεν, οὐδ' ἐν μακροῖς τοῖς μεταξὺ χρόνοις διείργεται καὶ [31] διαβέβηκεν ἀπ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἐν κινήσει τε ὄντα φαίνεται καὶ φορᾷ καὶ ῥύσει συνεχεῖ, πρᾳεῖαί τε αὐτῶν εἰσι καὶ μαλακαὶ καὶ [32] περιπετεῖς αἱ συνάπτουσαι τὴν λέξιν ἁρμονίαι, τὸ ἄλογον ἐπιμαρτυρεῖ τῆς ἀκοῆς πάθος. Ὅτι δ' οὐκ ἄλλα τινὰ τούτων ἐστὶν αἴτια ἢ τὰ προειρημένα ὑπ' ἐμοῦ περὶ [33] τῆς ἀγωγῆς ταύτης τῶν λόγων, ῥᾴδιον ἰδεῖν. Φωνηέντων μὲν γὰρ ἀντιτυπίαν οὐκ ἄν τις οὐδεμίαν εὕροι, ἐν γοῦν οἷς παρεθέμην ἀριθμοῖς, οἴομαι δ' οὐδ' ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ, [34] πλὴν εἴ τι με διαλέληθεν· ἡμιφώνων δὲ καὶ ἀφώνων ὀλίγας, καὶ οὐ πάνυ ἐκφανεῖς, οὐδὲ συνεχεῖς. Ταῦτα δὲ τῆς εὐεπείας αἴτια τῇ λέξει γέγονε, καὶ ἡ τῶν κώλων συμμετρία πρὸς ἄλληλα, τῶν τε περιόδων ὁ κύκλος ἔχων τι περιφανὲς καὶ εὔγραμμον, καὶ τεταμιευμένον ἄκραις ταῖς συμμετρίαις· ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα οἱ σχηματισμοὶ [35] οἱ πολλοὶ τὸ νεαρὸν ἔχοντες. εἰσὶ γὰρ ἀντίθετοι, καὶ παρόμοιοι, καὶ πάρισοι, καὶ οἱ παραπλήσιοι τούτοις. [36] ἐξ ὧν ἡ Πανηγυρικὴ διάλεκτος ἀποτελεῖ-

ται,

31 Διαβέβηκεν.] Ingrata eſt hæc ejuſdem vocis repetitio, ac propemodum otioſa. huic vitio occurri poteſt, ſi διαβεβηκόσι legeris: id autem cum ſuo χρόνοις cohærebit.

32 Περιπετεῖς.] In ſcripto codice aliam hic adnotatam fuiſſe lectionem, προσφυεῖς, teſtatur Stephanus, quo vocabulo infra quoque Dionyſius utitur, cum dicit ab Herodoto deligi ὀνόματα προσφυῆ τοῖς πράγμασι, pag. 131, 5. *Sylburg.* † Locus eſt in Epiſtola ad Pompejum, ubi de Xenophonte, non Herodoto, loquitur: ἐκλέγει δὲ ὀνόματα συνήθη τε καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως. Quæ vox nihil ad rem præſentem. ſunt enim ὀνόματα προσφυῆ, ut Horatii verbis utar, *vocabula rebus cognata.*

33 Τῆς ἀγωγῆς ταύτης.] Mallem τούτων, τούτων τῶν λόγων, ſcilicet, τῆς συνθέσεως ταύτης τῆς ἀνθηρᾶς.

34 Πλὴν εἴ τι.] Neutro genere, pro fœminino: ſignificantius.

35 Oi

Hæc mutuo complexu ſecum cohærere, atque iiſdem coloribus elaborata eſſe; nec ſingulis in verbis conſpicuam ſibi latamque ſedem ſortita incedere, neque longis temporum intervallis à ſe invicem disjungi ſegregarique, (cum prorſus in motu ſint, & quodam impetu videantur & fluxu perpetuo delata; eorumque harmoniæ, quibus ipſa connectitur oratio, & lenes ſint & molles, conjuncta volubilitate) teſtimonium, nec arte ulla nec uſu edoctus perhibebit ipſe audiendi ſenſus. Quod vero nihil aliud ſit eorum cauſa, niſi quæ ſunt à me ſuperius in prima hujus dicendi formæ inſtitutione atque diſciplina tradita, facillime colligi poteſt. Nullam etenim reperias vocalium concurſationem in his, quos propoſui numeros; nec poſſe aliquam inveniri arbitror in tota oratione, niſi me forte aliquid latuerit: ſemivocalium quidem mutarumque paucas; non tamen ſunt aut conſpicuæ, aut ordine confertim poſitæ. Hæ itaque, cur jucunda ſit & ſuavis oratio, cauſæ extiterunt: nec minus & juſta membrorum inter ſe commenſuratio, orbeſque periodorum, qui illuſtre quiddam in ſe habent, accurate expreſſum, abſolutiſque temperatum dimenſionibus; ſed præ cæteris omnibus, dicendi figuræ, quibus multum ineſt juvenile,

35 Οἱ πολλοί.] Rectius opinor legerimus, οἱ πολὺ τὸ νεαρὸν ἔχοντες, *in quibus multum juvenilis affectationis ineſt.* Sylburg.

36 Ἐξ ὧν.] Forſan inſerta conjunctione legendum ἐξ ὧν καὶ ἡ Πανηγυρική. quanquam ſupra quoque ſimiles ellipſes annotatæ ſunt Sect. 2, ver. 1. Forſan etiam ſequenti verſu pro participio διεξιὼν, reponendum eſt Infinit. verbum διεξιέναι. de Panegyricis vero plenius tractat infra 33, 3. *Idem.*

Ibid. Ἐξ ὧν.] Nullus equidem dubito, quin hæc verba ad ſuperiorem periodum referenda ſint; hac ſcilicet interpunctione: καὶ οἱ παραπλήσιοι τούτοις, ἐξ ὧν ἡ Πανηγυρικὴ διάλεκτος ἀποτελεῖται. Quin & ſequens membrum ſuo ulcere laborat. quid enim per ſe infinitivus μηκύνειν ſignificat? inſeras neceſſe eſt τὸν λόγον: quod extra omnem dubitationem locus, ex ultima Sectione petitus, confirmatum dabit: τί γὰρ δεῖ μηκύνειν τὸν λόγον; Hanc itaque ſententiam, copulativa καὶ interpoſita, ita formes licet: Οὐκ ἀναγκαῖον δ' εἶναί μοι δοκῶ μηκύνειν τὸν λόγον, καὶ τὰ λοιπὰ διεξιών. neque enim Sylburgio aſſentior, Infinitivum reponenti.

37 Τῆς

ται, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκῶ μηκύνειν, καὶ τὰ λοιπὰ διεξιών. ἱκανῶς γὰρ εἴρηται καὶ περὶ ταύτης [37] τῆς θέσεως ὅσα γε ἥρμοττεν.

37 Τῆς θέσεως.] Fortaſſe rectius, τῆς συνθέσεως: ſcilicet τῆς ἀνθηρᾶς.

ΤΜΗ͂ΜΑ κδ'.

Κοινῆς, εἴτε μέσης συνθέσεως χαρακτήρ.

Ἡ δὲ τρίτη τε καὶ μέση τῶν εἰρημένων δυοῖν ἁρμονιῶν, ἣν Κοινὴν καλῶ, [1] σπάνει τε κυρίου καὶ κρείττονος ὀνόματος, σχῆμα μὲν ἴδιον οὐδὲν ἔχει, κεκέρασται δέ πως ἐξ ἐκείνων μετρίως, καὶ ἐστὶν ἐκλογή τις τῶν ἐν ἑκατέρᾳ κρατίστων. Αὕτη δοκεῖ μοι τὰ πρωτεῖα ἐπιτηδεία εἶναι φέρεσθαι, ἐπειδὴ μεσότης μέν ἐστι· [2] μεσότης δὲ ἡ ἀρετὴ καὶ βίων, καὶ ἔργων, καὶ τεχνῶν, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι κατ' ἐκείνην τὴν αἵρεσιν φιλοσοφοῦσιν. ὁρᾶται δέ, ὥσπερ ἔφην καὶ πρότερον, οὐ κατ' ἀπαρτισμόν, ἀλλ' ἐν πλάτει, καὶ τὰς ἰδίας πολλὰς ἔχει διαφοράς. Οἵ τε χρησάμενοι αὐτῇ, οὐ τὰ αὐτὰ πάντες, οὐδ' ὁμοίως ἐπετήδευσαν, ἀλλ' οἱ μὲν ταῦτα μᾶλλον, οἱ δ' ἐκεῖνα ἐπέτεινάν τε καὶ ἀνῆκαν, ἄλλως ἄλλοι τὰ αὐτά, καὶ πάντες ἐγένοντο λόγου ἄξιοι κατὰ πάσας τὰς ἰδέας τῶν λόγων.

" Κορυφὴ μὲν οὖν ἁπάντων καὶ σκοπός, [3] ἐξ οὗ πως πάν-
" τες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, δικαίως

1 Σπάνει.] Vide Section. vigeſimam primam, pag. 172: ἣν ὅπως ποτε γίνεσθαι φαίην ἂν ἔγωγε ἀπορῶ.

2 Μεσότης.] Conſule Ariſtot. Ethicorum ad Nicom. lib. 2, cap. 6: μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετή, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου. *Eſt ergo virtus mediocritas quædam, cum medium, veluti ſignum quoddam ſibi propoſitum, petat ac deſtinet.*

3 Ἐξ οὗ πως.] Alludit ad hos verſus Iliad. φ'. v. 196:

----Βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο,
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,

Καὶ

venile, & quæſitæ venuſtates. Sunt enim contrapoſita, ſunt figuræ membrorum ſimilium, ſunt parium clauſularum, & quæ generis ejuſdem, ex quibus dictio Panegyrica conſtituitur. Sed mihi ulterius ſermonem protrahere, & reliqua percenſere, non arbitror neceſſe. nam ſatis de hac quæſtione dictum eſt, quod quidem ad inſtitutum pertinere videatur.

Sectio XXIV.

Qui communis ſit mediæque compoſitionis character, & forma.

Tertia vero mediaque duarum compoſitionum, de quibus tractavimus, (quam *Communem*, proprii melioriſque vocabuli inopia, dico) peculiarem ſibi nullam formam habet, ſiquidem ex ſuperioribus mediocriter eſt temperata, eorumque delectu conſtat, quæ in utriſque videntur præſtantiſſima. Hæc autem facile digna eſt, ut arbitror, quæ primas ſibi auferat, cum ſit mediocritas. eſt enim mediocritas in vita, actionibus, artibuſque habenda virtus; quemadmodum Ariſtoteli videtur, cæteriſque ejuſdem diſciplinæ philoſophis. Sed conſideratur, ut ſuperius dixi, non perfectionis abſolutæ ratione habita, ſed in genere; multaſque proprias habet differentias. Qui vero hac uſi ſunt, non iiſdem conſequendis omnes, nec eodem modo, operam dederunt: ſed hæc alii præcipue, alii alia, ſtudio vel majori vel remiſſiori excoluerunt, & nonnulli eadem, ſed modis diverſis; omneſque merita laude, in omnibus, quas perſecuti ſunt, dicendi formis, digni evaſere.

Apex vero omnium & ſcopus, *ex quo utique omnes fluvii, & totum mare, & omnes fontes* profluunt, jure optimo dicendus

Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

unde & ſua videtur hauſiſſe Ovidius:

Adjice Mæoniden: à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Adſcribam & Longini verba in Homeri laudem: Οὐ γὰρ μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο. Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ τε Ἀρχίλοχος· πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος εἰς αὑτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος.

4 Ὕψους.

καίως ἂν Ὅμηρος λέγοιτο. πᾶς γὰρ αὐτοῦ τόπος, οὗ τις ἂν ἅψηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. τῶν δ' ἄλλων ὅσοι τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μεσότητα ἐπετήδευσαν, 4 ὕστερον μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ' ἄν· καθ' ἑαυτοὺς δὲ εἰ θεωροίη τις αὐτοὺς, ἀξιοθέατοι· μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ 5 Ἀλκαῖος· τραγῳδοποιῶν δὲ, Σοφοκλῆς· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος· ῥητόρων δὲ, Δημοσθένης· φιλοσόφων δὲ, κατ' ἐμὴν δόξαν, 6 Δημόκριτός τε, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης. τούτων γὰρ ἑτέρους εὑρεῖν ἀμήχανον ἄμεινον κεράσαντας τοὺς λόγους. Καὶ περὶ μὲν τῶν χαρακτήρων ταῦτα ἱκανά. παραδείγματα δὲ τούτων οὐκ οἴομαι δεῖν φέρειν, φανερῶν πάνυ ὄντων, καὶ οὐδὲν δεομένων λόγου.

7 Εἰ δέ τινι δοκεῖ καὶ πόνου πολλοῦ ταῦτα καὶ πραγματείας μεγάλης ἄξια εἶναι, καὶ μάλα ὀρθῶς δοκεῖ κατὰ τὸν Δημοσθένην· ἀλλ' ἐὰν λογίσηται τοὺς ἐξακολουθοῦντας 8 αὐτοῖς

4 Ὕστερον.] Fortaſſe rectius ὕστεροι, *poſteriores, inferiores. Sylburg.* † Cum hæ voces, ὕστεροι μὲν ἐκεῖνοι, conjunctæ ſi legantur, parum gratæ noſtris auribus futuræ ſint, veterem lectionem cenſeo retinendam: quæ, participio ὄντες ſubaudito, videtur defendi poſſe.

5 Ἀλκαῖος.] Lesbium civem Alcæum vocat Horatius: nam patria illi erat Mitylene. Vir bello fuit egregie ſtrenuus, ac Lyricorum fere princeps: cui tantus vivo etiam honor habitus, ut communi eruditorum conſenſu *aureum* illi *plectrum* donaretur. *In eloquendo brevis & magnificus, & diligens, plurimumque Homero ſimilis: ſed in luſus & in amores deſcendit, majoribus tamen aptior.* Ita Fabius. ut vero quantus fuerit poeta intelligatur, pauca ex fragmentis libet attexere, quibus tempeſtatis & naufragii miſeriæ graphice admodum depinguntur.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἀν' τὸ μέσσον
Ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ. κάλα
Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει·
Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη,
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
Χαλᾶσι δ' ἄγκυραι.

Ex

dus eſt Homerus. Omnis enim, quemcunque in eo locum attigeris, auſtero politoque ſtructuræ genere ſumma perfectione variatur & diſtinguitur. Alii autem, in eodem quotquot mediocri genere elaborarunt, ſi cum Homero omnes collati examinentur, multo inferiores apparebunt; quos tamen per ſe ſi quis expendat, dignos qui ſint in admiratione judicabit: inter Lyricos Steſichorus & Alcæus: inter Tragicos Sophocles: inter hiſtoricos Herodotus: inter oratores Demoſthenes: inter philoſophos, mea quidem ſententia, Democritus, Plato, & Ariſtoteles. Neque enim alios reperias, qui conſtructione meliori orationem temperaverint. Ac de variis quidem dicendi characteribus hæc ſufficiant, quorum omnium exempla proferre, non ita neceſſarium exiſtimo, quum per ſe ſatis ſint manifeſta, nec ulterius diſputatione indigeant.

Quod ſi nonnullis forte videantur hæc laborem ſibi plurimum, ſtudiumque vehementius poſtulare, à vero illi non adeo aberrant, juxta opinionem Demoſthenis: ſin gloriam quoque

Ex his etiam poſſumus de dicendi charactere, quo uſus eſt poeta, melius judicare.

6 Δημόκειτ☉-.] Inſignis philoſophus, Abderis natus, Olymp. octogeſima; patre quidem incerto. nam alii Hegeſiſtratum, alii Athenocritum, nonnulli Damaſippum fuiſſe ſcribunt. Hujus dicendi genus à Cicerone laudatum habes: *Quamobrem ſi ornate locutus eſt, ſicut fertur, & mihi videtur, phyſicus ille Democritus; materies illa fuit phyſici, de qua dixit: ornatus vero ipſe verborum, oratoris putandus eſt.* de Orat. Idem de Divinatione: *Valde Heraclitus obſcurus; minime Democritus.* Quin & in Oratore locutionem Democriti parum à verſu abeſſe, & ſcriptis Comicorum poetarum comparari poſſe arbitratur: *Itaque video viſum eſſe nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etſi abſit à verſu, tamen quod incitatius feratur, & clariſſimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum poetarum.* Huic Timonem adjicias, qui ποιμένα μύθων Democritum vocat.

7 Εἰ δέ τινι.] Ita pro τισὶ numero plurali, quum id ſtructura poſtularet, reſcripſi.

8 Ἂν τοῖς.] Vulgatam ſcripturam ἂν τοῖς retinere nihil vetat. ſiquis tamen αὐτοῖς malit, fruatur ſuo judicio. *Sylburg.* † Recepta lectio melior longe videtur.

τοῖς κατορθουμένοις ἐπαίνους, καὶ τὸν καρπὸν ⁹ ἀπαίτων ὡς γλυκὺς, οὐ παθείας ἡγήσεται τοὺς πόνους. ¹⁰ Ἐπικουρείων δὲ χορὸν, οἷς οὐδὲν μέλει τούτων παραιτούμεθα.
" ¹¹ τὸ γὰρ, Οὐκ ἐπιπόνου τοῦ γράφειν ὄντος, ὡς αὐτὸς
" Ἐπίκουρος λέγει, τοῖς μὴ στοχαζομένοις τοῦ πυκνὰ μεταπίπτοντος κριτηρίου, πολλῆς ἀργείας ἦν καὶ σκαιότητος ἀλεξιφάρμακον.

9 Τῶν ἀπαίτων.] Αἰώνων inſere. de quo, ut arbitror, nulla futura eſt dubitatio: cui tamen defendendo pauca ipſe adducam loca. primus è ſequenti Sect. de Demoſthene: ἔργα συντατόμενος αἰώνια, καὶ διδοὺς αὐτὸν ὑπεύθυνον τῷ πάντι βασανίζοντι φθόνῳ καὶ χρόνῳ: alter ex initio Præfationis ad Antiquit. Rom. petitus eſt: τοὺς προαιρουμένους μνημεῖα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τοῖς ἐπιγινομένοις καταλιπεῖν, ἃ μὴ συναφανισθήσεται τοῖς σώμασιν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χρόνου: tertius ex Herodiani proœmio: παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως μὴ σιωπήσαντες λάθοιεν, εἰς τὸ πολὺ ὅμιλον ἀριθμούμενοι. quem locum ita laxius interpretatus eſt Politianus: *dum famam eruditionis affectant; nomenque ſuum conantur ab injuria oblivionis aſſerere.*

10 Ἐπικουρείων.] Tradit Athenæus Epicurum, omnium diſciplinarum expertem, ſolitum fuiſſe μακαρίζειν τοὺς ὁμοίως αὐτῷ

ΤΜΗΜΑ. κέ.

Λέξις ἄμετρος πῶς καλῷ ποιήματι ἢ μέλει ὁμοία γράφεται.

ΤΟύτων δή μοι τέλος ἐχόντων, ἐκεῖνά Σε οἴομαι ποθεῖν ἔτι ἀκοῦσαι, πῶς γράφεται λέξις ἄμετρος ὁμοία καλῷ ποιήματι ἢ μέλει, καὶ πῶς ποίημά γε ἢ μέλος πεζῇ λέξει καλῇ παραπλήσιον. Ἄρξομαι δὲ πρῶτον ἀπὸ τῆς ψιλῆς λέξεως, ἕνα τῶν ἀνδρῶν προχειρισάμενος, ὃν ἐν τοῖς μάλιστα οἶμαι τὴν ποιητικὴν ἐκμεμάχθαι, βουλόμενος μὲν καὶ πλείους, οὐκ ἔχων δὲ χρόνον ἱκανὸν ἐφ' ἅπασι. Φέρε δὴ, τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε

τοῖς

quoque ob animum ponant, quæ eos uſque homines ſecuta eſt & ſequetur, qui orationi componendæ operam feliciter dederunt, omniumque annorum conſequentium fructus, quam ii dulces ſint, voluptatem judicabunt, haud laborem. Eſt autem Epicureorum turba nobis contemnenda, qui nihil horum curant. Nam ſi *ſcribere laborioſum non eſt*, ut ipſe Epicurus cenſet; id ſane plurimæ ignaviæ ac ineptitudinis, iis ſcilicet hominibus qui parum animadvertunt, quam crebro judicium ſenſuſque iſtiuſmodi ſcriptoris labatur, certiſſimum fuerit remedium.

τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίαν παρερχομένους. Scripſit idem, Laertio teſte, ad Pythoclem, Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριε, φεῦγε. Nec omittam Quintiliani verba, lib. 12: *Nam in primis nos Epicurus à ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet.* Sed Grammaticis paulo fuit amicior, ut ex Sexto Empirico, diſcere eſt: συμφώνως γὰρ κατὰ πάντας ἐστὶ χρειώδης [ἡ γραμματική·] ἐν οἷς θετέον καὶ τὸν Ἐπίκουρον, εἰ καὶ δοκεῖ τοῖς ἀπὸ τῶν μαθημάτων διεχθραίνειν.

11 Τὸ γὰρ, οὐκ.] Etiamſi pro τὸ γὰρ legamus, καὶ γὰρ, tamen ne ſic quidem ſatis extricari videtur ſententia. *Sylburg.* † Hæc verba, οὐκ ἐπιπόνου τοῦ γράφειν ὄντος, ex Epicuri ſcriptis videntur deſumpta: quare τὸ materialiter accipiendum eſt.

Sectio XXV.

Quomodo ſoluta oratio poemati pulcro, aut odæ ſimilis conſcribatur.

HIS jam ad finem ita perductis, ea te adhuc, *mi Rufe*, velle arbitror audire, unde conſcribatur oratio ſoluta poemati pulcro, aut verſibus melicis ſimillima: quibus etiam modis poema aut carmen lyricum, proſaicæ orationi pulcræque non diverſum videatur. Initium ab oratione pedeſtri ſumam, eo aliis omnibus hominibus præpoſito, quem ego in primis egregie poeticen expreſſiſſe arbitror: plures equidem velim, ſed me tempus cunctis proferendis idoneum deficit. Age igitur, quis non orationes Demoſthenis fatebitur eſſe præſtantiſſimis poematibus vel odariis

τοῖς κρατίστοις ἐοικέναι ποιήμασί τε καὶ μέλεσι τοὺς Δημοσθένους λόγους, καὶ μάλιστα τάς τε κατὰ Φιλίππου δημηγορίας, τούς τε δικανικοὺς ἀγῶνας τοὺς δημοσίους; ὧν ἐξ ἑνὸς ἀρκέσει παραλαβεῖν τὸ προοίμιον τουτί·

" ¹ Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ² νομίσῃ με
" μήτ᾽ ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεχ᾽ ἥκειν Ἀριστοκράτους
" κατηγορήσοντα τουτουῒ, μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦ-
" λον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ προάγειν
" ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν· ἀλλ᾽ εἴπερ ἄρα ὀρθῶς ἐγὼ λο-
" γίζομαι καὶ σκοπῶ, περὶ τοῦ τὴν Χερρόνησον ἔχειν ἀσφα-
" λῶς ὑμᾶς, καὶ μὴ παρακρουσθέντας ἀποστερηθῆναι πάλιν
" αὐτῆς. περὶ τούτου τοίνυν ἐστί μοι ἅπασα σπουδή.

Πειρατέον δὲ καὶ περὶ τούτων λέγειν ἃ φρονῶ. Μυστηρίοις μὲν οὖν ἔοικεν ἤδη ταῦτα, καὶ οὐκ εἰς πολλοὺς οἷά τε ἐστὶν ἐκφέρεσθαι. ὥστ᾽ οὐκ ἂν εἴην φορτικὸς, εἰ παρακε-
" λοίην, ³ Οἷς θέμις ἐστὶν, ἥκειν ἐπὶ τὰς τελετὰς τοῦ
" λόγου, θύρας δ᾽ ἐπιθέσθαι λέγοιμι ταῖς ἀκοαῖς ⁴ τοὺς βεβήλους.

1 Μηδεὶς ὑμῶν.] Ex initio orationis contra Ariſtocratem. paulo poſt, ἀλλ᾽ εἴπερ ἄρα ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι, mutato verborum ordine reſcripſimus. fuit autem vetus ſtructura, εἴπερ ἄρ ἐγὼ ὀρθῶς: quam nec Editio Demoſth. agnoſcit, Lutetiæ excuſa anno 1570: nec ipſe Dionyſius, infra hoc loco ad examen vocato, pag. 230.

2 Νομίσῃ.] Vulgatæ Demoſthenis Editiones in nonnullis hic diſcrepant à Dionyſiana ſcriptura, primum enim habent, νομίσῃ μήτε ἰδίας ἔχθρας ἐμὲ μηδ. deinde paulo poſt, εἴπερ ἄρα ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι: & mox ὑπὲρ τῆς, pro περὶ τοῦ. Tum ſeq. ver. ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς. & in ultima periodo, περὶ τούτου τοίνυν μοί ἐστιν ἅπασα ἡ σπουδή. Sed Dionyſiana lectio ſine ulla mutatione repetitur etiam paulo infra, & cum ſimilibus poetarum locis confertur. In uno tantum loco, vulgati libri Demoſthenis conſentiunt cum ſecunda Dionyſii citatione; eo ſcilicet quod hoc loco, & infra etiam, legitur; ἀλλ᾽ εἴπερ ἄρ ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι. niſi quod in vulgat. Editionib. Demoſthenis integre ſcriptum eſt ἄρα, in Dionyſii vero poſteriore loco per Synalœphen ἄρ. *Sylburg.*

3 Οἷς θέμις.] Reſpicit ad celebrem iſtum Orphei verſum, à Juſtino etiam martyre citatum: Φθέγξομαι

ſimiles; in primis Philippicas Actiones, & judiciaria ad populum certamina? quarum ex una orationum hoc accepiſſe exordium ſufficiat:

Nemo veſtrum, Athenienſes, exiſtimet, me aut propriarum omnino gratia inimicitiarum ad accuſandum hunc Ariſtocratem deſcendere; aut leve aliquod exiguumque adſpicere peccatum, ac propterea hoc apparatu me illius infenſo animo velle objicere: ſed (equidem ſi recte mecum conſidero, inepta non prorſus conjectura) ut Cherſoneſum tuto vos habeatis, neque iterum decepti ea privemini. Hoc eſt, in quo omnis mea cura ſtudiumque verſatur.

Eſt igitur mihi tentandum de his quæ ſentio, enarrare: quanquam myſteriis hæc ſimillima ſint, nec in multos divulganda. Haud itaque importunus fuerim, ſi eos ipſe adhorter, *quibus fas eſt*, adire ſacra Eloquentiæ; *profanis* autem edicam, ut aurium fores occludant. Sunt enim, qui propter

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.
Idem.

4 Τοὺς βεβήλους.] Eodem modo Lucianus in *de Sacrificiis*: πρότερον δέ φησιν ὁ λόγος, Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. nec diſſimile illud, *Odi profanum vulgus, & arceo.* Verum inter opera Juſtini Martyris, in *Admonitione ad Græcos*, & libro *de Monarchia*, extant quædam carmina ſub Orphei nomine; non quod authorem haberent Orphea, ſed quod præcepta ab eo tradita continerent: quemadmodum & Χρυσᾶ ἔπη, Pythagoræ nomen ſibi habent inſcriptum. Horum initium fuit:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι
Πάντες ὁμῶς. Σὺ δ' ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης
Μουσαῖε· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα.

Unde Torrentii ἁμάρτημα μνημονικὸν obſerves, cujus ad Horatii verſum, quem adduximus, hæc ſunt verba: *Cui ſimile eſt, quod ex Muſæo Juſtinus Martyr refert.* Sed quæſtio eſt inter eruditos, an legi debeat, βέβηλοι Πάντες ὁμῶς, an dandi caſu, βεβήλοις πᾶσιν. Eorum ſane opinioni hic locus favet, qui priorem lectionem tuentur. Nam ſi ab authore antiquiſſimo βεβήλοις ſcriptum fuiſſet; itidem à Dionyſio aut τοῖς βεβήλοις, aut certe τῶν βεβήλων, ſcribi oportuerit. Notes etiam, formulam apud Latinos uſitatam, *Quibus commodum eſt*, huic Græcorum, οἷς θέμις ἐστὶ, prope germanam eſſe.

5 Γλωττημα-

βούλους. εἰς γελοῖα γὰρ ἔνιοι λαμβάνουσι τὰ σπουδαιότατα δι' ἀπειρίαν, καὶ ἴσως οὐδὲν ἄτοπον πάσχουσιν. ἃ δ' οὖν βούλομαι λέγειν, τοιάδε ἐστί·

Πᾶσα λέξις ἡ δίχα μέτρου ἐγκειμένη, ποιητικὴν μοῦσαν ἢ μελικὴν χάριν οὐ δύναται προσλαβεῖν, κατά γ' οὖν τὴν σύνθεσιν αὐτήν· ἐπεὶ καὶ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων μέγα τι δύναται, καὶ ἔστι τις ὀνομασία ποιητική, [5] γλωττηματικῶν τε καὶ ξένων καὶ τροπικῶν καὶ πεποιημένων, οἷς ἡδύνεται ποίησις, εἰς κόρον ἐγκαταμιγέντων [6] τῇ ἀμέτρῳ λέξει. ὃ ποιοῦσιν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ οὐχ ἥκιστα Πλάτων. οὐ δὴ λέγω περὶ τῆς ἐκλογῆς· ἀλλ' ἀφείσθω κατά γε τὸ παρὸν ἡ περὶ ταῦτα σκέψις· περὶ τῆς συνθέσεως αὐτῆς ἔστω ἡ θεωρία, τῆς ἐν τοῖς κοινοῖς ὀνόμασι καὶ τετριμμένοις καὶ ἥκιστα ποιητικοῖς τὰς ποιητικὰς χάριτας ἐπιδεικνυμένης. Ὅπερ οὖν ἔφην, οὐ δύναται ψιλὴ λέξις ὁμοία γενέσθαι τῇ ἐμμέτρῳ καὶ ἐμμελεῖ, ἐὰν μὴ περιέχῃ μέτρα καὶ ῥυθμούς τινας ἐγκαταμεμιγμένους ἀδήλως. Οὐ μέντοι προσήκει γε ἔμμετρον οὐδ' ἔρρυθμον αὐτὴν εἶναι δοκεῖν· ποίημα γὰρ οὕτως ἔσται καὶ μέλος, ἐκβήσεταί τε ἁπλῶς τὸν αὐτῆς χαρακτῆρα· ἀλλ' εὔρυθμον αὐτὴν ἀπόχρη καὶ εὔμετρον φαίνεσθαι μόνον. οὕτω γὰρ ἂν εἴη ποιητικὴ μέν, οὐ μὴν ποίημά γε· καὶ ἐμμελὴς μέν, οὐ μέλος δέ.

Τίς δ' ἐστὶν ἡ τούτων διαφορὰ, πάνυ ῥᾴδιον ἰδεῖν. ἡ μὲν ὅμοια περιλαμβάνουσα μέτρα, καὶ τεταγμένους σῴζουσα ῥυθμοὺς, κατὰ στίχον ἢ περίοδον ἢ στροφὴν διὰ τῶν αὐτῶν σχημάτων περαινομένη, κἄπειτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἐπὶ τῶν ἑξῆς στίχων, ἢ περιόδων, ἢ στροφῶν χρωμένη, καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ ποιοῦσα,

ἔρρυθμός

5 Γλωττηματικῶν.] Ariſtoteles de Poet. cap. 22: Ξενικὸν δὲ λέγω, γλῶτταν καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν παρὰ τὸ κύριον. Latius videntur vocabula peregrina, quàm *Linguæ*, patere.

6 Τῇ ἀμέτρῳ λέξει.] Locus iſte, ſi quid ego video, corruptiſſimus: quem, ne repugnantia contineret,

propter ignorantiam res apprime ſerias riſu excipiunt: nec fortaſſe abſurdi quicquam patiuntur. Quæ autem hac de re habeo dicenda, hujuſmodi ſunt.

Omnis ſoluta oratio, nec pedibus conſtricta, ſua ſcilicet compoſitione & ſtructura poeticam muſam aut lyricam venuſtatem, ſibi non poteſt aſſumere: quin & ipſe verborum delectus multum valet, & quædam eſt certa poetica locutio vocabulorum, quæ jam obſoleta, quæ peregrina, figurata, facta ſunt, quibus emollitur poeſis, cum ligatæ affatim orationi permiſceantur: & tamen idem faciunt tum alii complures, tum in primis Plato. Verum hoc quidem tempore de vocabulis ſeligendis non dicturus ſum: idcirco in præſentia hæc omittatur diſputatio. etenim de compoſitione mihi nunc ſermo inſtituitur, quæ vocabulis uſa communibus, tritis, nec poetico ornatu, poeticam tamen venuſtatem & gratiam præ ſe ferre videatur. Quod igitur jam dixi, proſaica non poteſt oratio ligatæ eſſe ſimilis pedibuſque vinctæ, niſi incluſos habeat numeros pedeſque, ita tamen ut lateant, interſperſos. At vero minime putandum eſt, eam numeris inſtrui poeticis, aut pedibus ligari oportere: nam inde poema eſſet aut carmen lyricum; ita ut ſuum certiſſime dicendi genus & charactera excederet. huic autem, eſſe numeris ſolummodo temperatam, & pulcra conſtare videri modulatione, ſufficit. quo pacto evadet poetica, non tamen poema: modulata, nec ideo carmen melicum.

Quæ vero ſit horum differentia, omnino facile eſt perſpicere: nam ſiqua oratio ſimilia ſibi metra aſſumit, inſtitutos conſervat pedes, atque, ſive verſu, ſive periodo, ſive denique converſione, iiſdem figuris elaborata, abſolvitur: deinde iiſdem ex integro uſa & pedibus & menſuris ad ſequentia carmina componenda, ſeu periodos, ſeu converſiones,

contineret, ita reformandum volui, τῇ ἐμμέτρῳ λέξει. ὁ δ' αὐτὸ ποιοῦσιν: aut, finita cum voce ἐγκαταμιγνύντων periodo, ἐν δὲ τῇ ἀμέτρῳ λέξει καὶ αὐτὸ ποιοῦσιν ἄλλοί τε πολλοὶ καὶ οὐχ ἥκιστα ὁ Πλάτων: poſito ante Πλάτων articulo.

7 Τρίτη

ἔρρυθμός ἐστι καὶ ἔμμετρος, καὶ ὀνόματα κεῖται τῇ τοιαύτῃ λέξει μέτρον καὶ μέλος· ἡ δὲ πεπλανημένα μέτρα καὶ ἀτάκτους ῥυθμοὺς ἐμπεριλαμβάνουσα, καὶ μήτε ἀκολουθίαν ἐμφαίνουσα αὐτῶν, μήτε ὁμοζυγίαν, μήτε ἀντιστροφὴν, εὔρυθμος μέν ἐστιν, ἐπειδὴ διαπεποίκιλταί τισι ῥυθμοῖς· οὐκ ἔρρυθμος δὲ, ἐπειδὴ οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς, οὐδὲ κατὰ τὸ αὐτό. Τοιαύτην εἶναι δή φημι πᾶσαν λέξιν ἔμμετρον, ἥτις ἐμφαίνει τὸ ποιητικὸν καὶ μελικόν· ᾗ δὴ καὶ τὸν Δημοσθένη κεχρῆσθαί φημι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι, καὶ οὐδὲν ἐγὼ καινοτομῶ, λάβοι μὲν ἄν τις καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους μαρτυρίας τὴν πίστιν. εἴρηται γὰρ τῷ φιλοσόφῳ τά τε ἄλλα περὶ τῆς λέξεως τῆς πολιτικῆς ἐν τῇ [7] τρίτῃ βίβλῳ τῶν Ῥητορικῶν τεχνῶν, οἵαν αὐτὴν εἶναι προσήκει, καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς εὐρυθμίας, ἐξ ὧν ἂν τοιαύτη γένοιτο· ἐν ᾗ τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ὀνομάζει ῥυθμοὺς, καὶ πῇ χρήσιμος ἕκαστος αὐτῶν καταφαίνεται, καὶ λέξεις παρατίθησί τινας, αἷς πειρᾶται βεβαιοῦν τὸν λόγον. χωρὶς δὲ τῆς Ἀριστοτέλους μαρτυρίας, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐμπεριλαμβάνεσθαί τινας τῇ πεζῇ λέξει ῥυθμοὺς, εἰ μέλλοι τὸ ποιητικὸν ἐπανθήσειν αὐτῇ κάλλος, ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς γνώσεται.

Αὐτίκα ὁ κατὰ Ἀριστοκράτους λόγος, οὗ καὶ μικρῷ πρότερον ἐμνήσθην, ἄρχεται μὲν ἀπὸ Κωμικοῦ στίχου τετραμέτρου δι᾽ ἀναπαίστων τῶν ῥυθμῶν ἐγκειμένου· λείπεται δὲ ποδὶ τοῦ τελείου, παρ᾽ ὃ καὶ λέληθεν·

" Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με.

[8] τοῦτο γὰρ εἰ προσλάβοι τὸ μέτρον πόδα, ἤτοι κατ᾽ ἀρχὰς,

7 Τρίτη βίβλῳ.] Vide Ariſtotelis Rhetor. lib. 3, cap. 8: Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄρρυθμον. Cicero in Oratore: *Ego autem ſentio, omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos. nec enim effugere poſſemus animadverſionem, ſi ſemper iiſdem uteremur. quia neque numeroſa eſſe, ut poema; neque extra numerum, ut ſermo vulgi eſt, debet oratio.*

8 Τοῦτον-

nes, idque diu etiam multumque, ligata prorſus futura eſt, pedibuſque conſtricta; cui adeo ſua nomina imponuntur, aut verſus, aut lyricum carmen: At vero quæ vagabunda metra & pedes nullo ordine incompoſitos includit, nulla eorum ſerie obſervata, nulla conjugatione, aut converſione, numeroſa quidem habenda eſt, ſiquidem ſuis quibuſdam pedibus diſtinguitur, eadem tamen numeris adſtricta dici non poteſt; eo quod nec iiſdem pedibus, nec eodem in loco, ornata eſt. Hujuſmodi autem eſſe omnem orationem exiſtimo, quæ quidem numeris exculta ſit, atque aliquam poeticæ lyricæque venuſtatis ſpeciem præ ſe ferat: qua etiam Demoſthenem uſum fuiſſe affirmo. Atque hæc vera eſſe, nec à me novitatis ſtudioſo excogitata, quilibet ſibi vel ex Ariſtotelis teſtimonio fidem certiſſimam accipiat. Sunt enim à philoſopho cum multa alia de civili & oratoria dictione in tertio *Artis Rhetoricæ* tradita, qualem eam eſſe oporteat; tum vero de numerorum concinnitate, è quibus conſtituatur, quo etiam libro pedes aptiſſimos recenſet, ac quo loco eorum ſinguli commode appareant; deinde è ſcriptoribus quædam profert exempla, quibus ſententiam confirmare nititur. Veruntamen ſine teſtimonio Ariſtotelis, quod neceſſe ſit quoſdam ſolutæ orationi pedes adhibere, ſi futurum eſt, in ea ut poeticæ pulcritudinis effloreſcat gratia, ipſa nos docebit experientia:

Oratio illa Demoſthenis in Ariſtocratem, cujus à me paulo ſuperius facta eſt mentio, à Comico verſu tetrametro, ex pedibus compoſito anapæſticis, ſtatim incipit; ſed pede integro deſtituitur: quo factum, ut minus audientiæ, occultata arte, appareret.

Nemo veſtrum, Athenienſes, me exiſtimet.

Qui numerus, ſi pedem principio, medio, vel fine acceperit,

8 Τȣ͂τον.] Perperam in vulgat. exemplaribus neutro genere ſcriptum τȣ͂το. Jam τȣ͂τον πόδα ſine articulo hic uſurpatum, ut cum alibi ſæpe, tum infra non longe à fine: Ἔιθ' ἑξῆς τὰ ἄλλα τȣ͂τον κατασκευάζει τρόπον. *Sylburg.* † Sine cauſa, ut nobis quidem videtur, antiquam lectionem τȣ͂το ſuo loco deturbavit Sylburgius. etenim conſtructio vix eſt Dionyſiana, cum deſit

ἀρχὰς, ἢ διὰ μέσου, ἢ ἐπὶ τελευτῆς, τέλειον ἔσται τετράμετρον ἀναπαιστικὸν, ὃ καλοῦσί τινες Ἀριστοφάνειον·

„ Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με παρεῖναι ἴσον δὲ τῷ,

„ Λέξω τοίνυν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο.

Τάχα τις ἐρεῖ πρὸς ταῦτα, ὅτι οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύσεως τοῦτο, ἀλλ' ἐκ ταὐτομάτου ἐγένετο. πολλὰ γὰρ [10] αὐτοσχεδιάζει μέτρα ἡ φύσις. Ἔστω τοῦτο ἀληθὲς εἶναι. ἀλλὰ καὶ τὸ συναπτόμενον τούτῳ κῶλον, εἰ διαλύσειέ τις αὐτοῦ τὴν δευτέραν συναλοιφὴν, ἢ πεποίηκεν αὐτὸ ἄσημον, [11] ἐπισυνάπτουσα τῷ τρίτῳ κώλῳ, πεντάμετρον ἐλεγειακὸν ἔσται συντετελεσμένον ἀκριβῶς τουτί,

„ Μήτ' ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεκα·

ὅμοιον τούτοις,

„ [12] Κοῦραι ἐλαφροπόδων ἴχνη ἀειράμεναι.

Ἐὰν

deſit articulus, & tanto intervallo à ſe invicem diſtent voces. præterea ſatis frigide pes ſive numerus deſignatur, τοῦτον τὸν πόδα τέλειον. hiſce rationibus τοῦτο, præcipue cum eſſet antiquior, maluimus.

9 Λέξω.] Verſus deſumptus eſt ex Ariſtoph. Νεφέλ. Act. 3, Scen. 3, ver. 1. Dicit autem Hephæſtion, quare vocantur hi verſus Ariſtophanei: Κέκληται δὲ Ἀριστοφάνειον, οὐκ Ἀριστοφάνους αὐτὸ εὑρόντος πρῶτον, ἐπεὶ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστί·

Χαίρετε δαίμονες, οἳ Λεβάδειαν Βοιώτιον οὖθαρ ἀρούρης·

ἀλλὰ διὰ τὸ τὸν Ἀριστοφάνην αὐτῷ κεχρῆσθαι πολλῷ. addit etiam, Epicharmum duas ſcripſiſſe fabulas ante Cratinum hoc carminum genere. Idem fere notat & Scholiaſtes Ariſtophanis.

10 Αὐτοσχεδιάζει.] Nullos fere non verſus ex antiquis ſcriptoribus cujuſvis eſt, ſi repudiata accentuum ratione, quantitatem ſyllabarum diligentius attenderit, minimo negotio colligere. At Iambi longe frequentiores aliis occurrunt: magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio: Ὁ δὲ ἴαμβος, ait Demetrius, τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος. πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες. Id vero ex Ariſtotele deſumptum videtur; lib. 3, de arte dicendi: Ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. idem etiam confirmat ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς: quo loco rarius ſcribi heroicos, & à ſermone communi magis abhorrere

rit, perfectum fiet tetrametrum carmen anapæſticum, quod Ariſtophaneum quidam appellant:

Nemo veſtrum, Athenienſes, me exiſtimet adeſſe.

& æquale huic,

Dicam itaque priſtinam diſciplinam, ut erat inſtituta.

Sed aliquis fortaſſe objiciet: hæc non ſtudio & dedita opera fuiſſe facta, ſed fortuito ſe ita obtuliſſe, multa etenim verſuum genera ſponte ipſa aſſolet natura effundere. Sit ita ſane. ſed membrum huic adnexum, ſi ſecundam ipſius eliſionem reſolveris, quæ, tertio cum ſit adaptata membro, id inobſervatum fecerit, pentametrum erit elegiacum, omnibus numeris abſolutum; hoc modo:

Nec mihi privati cauſa doloris adeſt:

his ſimile,

Vos, pernix genitor queis equus, acre genus.

Quod

rere tradit. Atque adeo, miſſis Iambicis, haud abs re fuerit aliquot heroici generis indicare exempla. Ordiamur à Cicerone; apud quem integrum diſtichon, lib. de Oratore, quod mireris, annotavimus. Craſſus loquitur: *Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo*

Complexi, plus multo etiam vidiſſe videntur,

Quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies

intueri poteſt, &c. Sed ad Græcos redeam. Demoſthenes pro Cteſiphonte, ὑπὸ

Τῶν ἀλλῶν Ἑλλήνων πολλάκις ἐστεφανῶσθαι.

Noſter etiam ſtatim ab initio hujus libelli: Οὔτε εἰς γάμου μόνον

Ὥραν, καὶ γαμετῆς χάριν εὔθετον· ἀλλὰ ποίημα

μὲν καὶ γέννημα παιδείας. ultimum tibi, quod proferam, dabit Chryſoſtomus in tertio περὶ Ἱερωσύνης: ideo autem majori animadverſione dignum, quod periodum terminat: Κἂν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων λαμπροτέρα οὖσα τύχῃ, ἀπ' ἐκείνου

Τοῦ καπνοῦ προσέφλεξε καὶ ἠμαύρωσεν ἅπασαν.

Ex his exemplis, & hujuſmodi mille aliis, quæ otioſe quivis legat, non adeo vitioſum videtur, in oratione ſoluta verſum feciſſe, ut omnes fere artis Rhetoricæ magiſtri ſcribunt.

11 Ἐπισυνάπτουσα.] Paſſive ſumitur: ſcilicet ἑαυτὴν ſubintellecto.

12 Κοῦραι.] Similis ab Ariſtotele Rhetor. lib. 3, ex Simonide citatur locus in mulas: Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. *Sylburg.*

Ἐὰν καὶ τοῦτ' ἔτι κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπολάβωμεν αὐτοματισμὸν ἄνευ γνώμης γεγονέναι, ἀλλ' ἑνὸς τοῦ μεταξὺ κώλου
" συγκειμένου λεκτικῶς, τοῦ, Ἥκειν Ἀριστοκράτους κατη-
" γορήσοντα τουτουΐ, τὸ συμπλεκόμενον τούτῳ πάλιν κῶλον ἐκ δυοῖν συνέστηκε μέτρων·

" Μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοί-
" μως οὕτως ἐπὶ τούτῳ.

[13] τοιγάρτοι Σαπφικὸν εἴ τις Ἐπιθαλάμιον τουτί,

" Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα·

καὶ τοῦ Κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου, τοῦδε,

" Ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη νενό-
" μιστο·

τοὺς τε τελευταίους πόδας τρεῖς, καὶ τὴν κατάληξιν ἐμβαλών, [14] συνάψειε τοῦτον τὸν τρόπον,

" Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα,—καὶ
" σωφροσύνη νενόμιστο·

οὐδὲν διοίσει τοῦ,

" Μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοί-
" μως οὕτως ἐπὶ τούτῳ.

Τὸ δ' ἀκόλουθον ἴσον ἐστὶν ἰαμβικῷ τετραμέτρῳ, τὸν ἔσχα-
" τον ἀφῃρημένῳ πόδα, Περιάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν· τέλειον γὰρ ἔσται προσλαβὸν πόδα, καὶ γενόμενον τοιοῦτον,

Περιάγειν

13 Τοιγάρτοι.] Pro τοιγάρτοι fortaſſe legendum, τοιοῦτον γάρ: ut ſequenti verſu. Sic paulo infra pro τοῦδε legendum videtur τάδε. *Idem.*

Ibid. Τοιγάρτοι.] Hoc loco, ſiquo alio, errat vir doctiſſimus: eum ſcilicet oratio longiuſcula parum attendentem eluſit. hæc verborum ſtructura eſt: Τοιγάρτοι εἴ τις ἐμβαλὼν συνάψειε Σαπφικὸν Ἐπιθαλάμιον τουτί, Οὐ γὰρ----- καὶ τοὺς τελευταίους πόδας τρεῖς, καὶ τὴν κατάληξιν, τοῦ κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου, τοῦδε, Ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια----τοῦτον τὸν τρόπον, Οὐ γὰρ ἑτέρα----οὐδὲν διοίσει τοῦ. Ita nihil omnino difficile, aut impeditum. Ipſe quidem propria conjectura, pro Σαπφικόν τι Ἐπιθαλάμιον, feci Σαπφικὸν εἴ τις Ἐπιθαλ. quæ lectio in primis Dionyſio familiaris eſt, & vicies hoc libro occurrit: paulo ante, εἰ διαλύσειέ τις αὐτοῦ τὴν

διάθεσιν

Quod ſi id caſu quoque, nec de induſtria factum, cenſuerimus; tamen membro uno, quod ſoluto ſermone pedeſtrique conſtat, interjecto, *Ad accuſandum hunc Ariſtocratem devenire:* alterum, quod huic adjunctum eſt membrum, ex duobus conſtituitur carminum menſuris:

Aut leve me aliquod exiguumque adſpicere peccatum, ac propterea hoc apparatu in illum.

Etenim ſi quis hunc verſum, è Sapphonis Epithalamio deſumptum,

Neque enim alia fuit puella, ô gener, talis:

hujuſque Comici tetrametri, quod vulgo Ariſtophaneum appellatur, hujus inquam,

Quum ego juſta dicens florerem, & temperantia jam eſſet more ſancta:

tres hoſce extremos pedes, una cum deſinentia, ſecum commiſſos hoc modo connexuerit,

Neque enim alia fuit puella, ô gener, talis: — & temperantia jam eſſet more ſancta:

nulla erit omnino ab hoc differentia,

Aut leve me aliquod exiguumque adſpicere peccatum, ac propterea hoc apparatu, illius.

Quod ſequitur æquale eſt Iambico trimetro, cui ademptus eſt pes ultimus,

Dare me lubenter odio obnoxium. nam

διάτεραν συναλοιφήν. feci itidem ut τοιαύτα, pro neutro plurali τοιαῦτα, Sapphico verſui adjungeretur.

14 Συνάψεις.] Pro συνάψεις rectius fortaſſe legemus εἰ συνάψεις, *ſi copularis.* Rectius etiam fortaſſe τοιάυτα, fæminino genere: hoc ſenſu, οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς τοιάυτα, *non enim alia erat puella talis.* Quin & paulo ante, ita fortaſſe legendum eſt, Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρὲ, τοιάυτα. ut finita hic Sapphici loci periodo, deinceps hæc Dionyſii ſint verba; καὶ τοῦ Κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου τοῦ Ἀριστοφανείου, τόδε: ſubaudito è ſuperioribus, τοιοῦτόν ἐστι. ut hic poſterioris loci ſenſus ſit: Si cum hoc loco Sapphonis, Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρὲ, τοιάυτα, copulentur Ariſtophanei loci poſteriores pedes tres, cum eorundem deſinentia, καὶ σω-- φροσύνη ∪∪- νενόμι ∪∪-- στο: nihil diſcrepaturam eſſe hanc compoſitionem ab iſta Demoſthenis; μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ. Exſtat autem Ariſtophanis verſus in Νεφέλαις. *Sylburg.*

15 Τοῦ

Προάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειάν τινι.

Παρίδωμεν ἔτι καὶ ταῦτα ὡς οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύσεως, ἀλλ' αὐτοματισμῷ γινόμενα. τί οὖν βούλεται πάλιν τὸ προσεχὲς τούτῳ κῶλον; ἰάμβειον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τρίμετρον ὀρθόν,

" Ἀλλ' εἴπερ ἄρ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι·

[15] τοῦ Ἄρα συνδέσμου μακρὰν λαμβάνοντος τὴν προτέραν συλλαβήν· καὶ ἔτι γε, νὴ Δία, μέσου [16] παρεκπεσόντος τοῦ, Καὶ σκοπῶ, ὑφ' οὗ δὴ τὸ μέτρον ἐπισκοτούμενον ἠφάνισται. Τὸ δ' ἐπὶ τούτῳ λαμβανόμενον κῶλον ἐξ ἀναπαίστων σύγκειται ῥυθμῶν, καὶ προάγει μέχρι ποδῶν ὀκτώ, τὸ αὐτὸ σχῆμα διασῶζον,

" Περὶ τοῦ τὴν Χερρόνησον ἔχειν ἀσφαλῶς ὑμᾶς, καὶ μὴ
" παρακρουσθέντας·

ὅμοιον τῷ παρ' Εὐριπίδῃ,

" Ὦ βασιλεῦ χώρας τῆς [17] πολυβότου Κισσεῦ, πεδίον
" πυρὶ μαρμαίρει.

Καὶ τὸ μετὰ τοῦτο πάλιν κείμενον τοῦ αὐτοῦ κώλου μέρος τουτί, Ἀποστερηθῆναι πάλιν αὐτῆς, ἰαμβικὸν τρίμετρόν ἐστι, ποδὶ καὶ ἡμίσει λεῖπον. ἐγένετο δ' ἂν τέλειον οὕτως,

" Ἀποστερηθῆναι πάλιν αὐτῆς ἐν μέρει.

Ταυτὶ φῶμεν αὐτοσχέδια εἶναι καὶ ἀνεπιτήδευτα, οὕτω ποικίλα, καὶ πολλὰ ὄντα; ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ. καὶ γὰρ τὰ ἑξῆς τούτοις ὅμοια εὑρεῖν ἐστι πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀνάμεσα μέτρων τε καὶ ῥυθμῶν.

Ἀλλ'

15 Τοῦ Ἄρα.] Prima in ἄρα produci poteſt ob ſequentem liquidam: quemadmodum in hoc Archiæ verſu de Alexandro occurrit longa:

Πέλλα δ' Ἀλεξάνδρῳ συναπώλετο. πατρίδες ἄρα
Ἀνδράσιν.

16 Παρεκπεσόντος.] Forſan rectius παρεμπεσόντος. ſequenti verſu perperam in vulgatis libris eſt ἐπισκοπούμενον. noſtrum ἐπισκοτεῖσθαι ſupra quoque uſurpatum, pag. 86, ver. 8: ὥστε ὑπὸ τῆς ἐκείνων χάριτος ἐπισκοτεῖσθαι

nam verſus erit perfectus Iambicus, ſi unum ſibi aſſumpſerit pedem, hujuſmodi numeros adeptum:

Dare me lubenter odio obnoxium gravi.

Verum hæc quoque prætereamus, veluti non ſtudio & de induſtria, ſed caſu fortuito compoſita. Quid vero ſibi vult proximum huic membrum? eſt enim trimetrum carmen Iambicum, numeris abſolutum,

Hæc mente mecum recta ſi conſidero:

ſi modo ſyllabam priorem conjunctio Ἄρα longam ſibi aſſumat, & per Deos è medio illud auferatur, Καὶ σκοπῶ, unde carmen obſcuratum diſparuit. Quod adeo proxime poſitum eſt membrum, ex anapæſtis conſtituitur, ad octo uſque productum pedes, eadem obſervata forma;

Ut Cherſoneſum tuto vos habeatis, nec iterum decepti:

huic ſimile apud Euripedem,

O princeps regionis feraciſſimæ, Ciſſeu, campus igne reſplendet.

Hæc etiam membri ejuſdem pars annexa, *Ea in poſterum privemini*; eſt Iambicum trimetrum, niſi quod pes ei cum dimidio deſit. hoc modo eſſet integrum,

In poſterum nec ipſi vos privemini.

Hæc igitur dicemus ſpontanea, hæc ſtudio nullo elaborata, cum tam varia ſint, tam multa? Equidem non arbitror. Nam quæ ſequuntur, his omnino reperire eſt ſimilia, multis variiſque pedibus referta, & carminum menſuris.

Sed

τεῖσθαι τῶν τούτων αἰτίαν. *Sylburg.* † Quare Sylburgio hæc vox παρεκπεσόντος diſpliceat, non video: eſt enim ſatis expedita, & cum præcedentibus optime congruit. *Si modo*, inquit, *prima in* ἄρα *producatur, & ex oratione furtim hæ voces* καὶ σκοπῶ, *exciderint: quibus adeo inſertis, veluti velo obducto, carmen diſparuit.*

17 Πολυβόλου.] Incertum eſt, ſitne πολυβώλου ſcribendum, an potius πολυβότου. *Idem.* † Feci πολυβότου.

Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτον ὑπολάβῃ τις μόνον οὕτω κατεσκευάσθαι τὸν λόγον, ἑτέρου πάλιν ἅψομαι τοῦ πάνυ ἡρμηνεῦσθαι δαιμονίως δοκοῦντος, τοῦ [18] ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. Ὁρῶ δὴ κἀν τούτῳ μετὰ τὴν προσαγόρευσιν τῶν Ἀθηναίων εὐθέως τὸν Κρητικὸν ῥυθμὸν, εἴτε ἄρα [19] παιᾶνά τις βούλεται αὐτὸν καλεῖν· διοίσει γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκ πέντε συγκειμένων χρόνων· οὐκ αὐτοσχεδίως μὰ Δία, ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα ἐπιτετηδευμένως δι' ὅλου τοῦ κώλου πλεκόμενον τοῦτον,

" [20] Τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.

οὐ τοιοῦτος μέντοι κἀκεῖνός ἐστιν ὁ ῥυθμός;

" Κρησίοις ἐν [21] ῥυθμοῖς παῖδα μέλψωμεν.

ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ. ἔξω γὰρ τοῦ τελευταίου ποδὸς, τά γε ἄλλα ἐν πᾶσιν ἴσα ὥρισται. καὶ τοῦτο εἰ βούλεταί τις αὐτοσχέδιον, ἀλλὰ καὶ τὸ συναπτόμενον τούτῳ κῶλον ἰαμβικόν ἐστιν ὀρθὸν, συλλαβῇ τοῦ τελείου δέον, ἵνα κἀνταῦθ' ἄσημον γένηται τὸ μέτρον· ἐπεὶ μιᾶς γε συλλαβῆς προστεθείσης τέλειον ἔσται,

" Ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ.

κἄπειτα ὁ παιὰν, ἢ ὁ Κρητικὸς ἐκεῖνος ὁ πεντάχρονος ἥξει ῥυθμὸς ἐν τοῖς ἑξῆς τούτοις,

[22] Τῇ

18 Ὑπὲρ Κτησιφῶντος.] Cteſiphonti diem dixit Æſchines, quod contra leges ſcripſiſſet, ut Demoſthenes, nondum relatis rationibus, eo quod propriis impenſis Athenienſium muros refeciſſet, corona donaretur. Hanc litem intenderat Æſchines quadriennio ante Philippi Macedonis mortem μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν, teſte Plutarcho: ſed judicium factum eſt decem annis poſt, Alexandro jam Aſiam tenente: *ad quod concurſus dicitur è tota Græcia factus eſſe. Quid enim aut tam viſendum, aut audiendum fuit, quam ſummorum Oratorum in graviſſima cauſa, accurata & inimicitiis incenſa contentio?* Cicero de optimo Orat. genere: qui & hanc, & contrariam Æſchinis, *nobiliſſimas orationes*, Latine convertit.

19 Παιᾶνα.] Optime hunc locum Cicero in tertio de Oratore

Sed ne quis ſuſpicetur ſolam hanc orationem ita eſſe conſtructam, alii jam manum admovebo, quæ divina plane elocutione videtur conſcripta; illam pro Cteſiphonte dico, omnium orationum, meo judicio, longe præſtantiſſimam. Video ſtatim à prima Athenienſium compellatione huic pedem ineſſe Creticum, ſive quis eum pæana voluerit appellare, (nil etenim differt ab iis, qui ex quinque temporibus conſtituuntur) non temere aut fortuito mehercule, ſed quantum pote eſt, maximo ſtudio toti membro intertextum:

Omnibus Diis deabuſque fundo preces.

an non & iſte talis eſt numerus?

Creticis numeris puerum canamus.

Mihi quidem videtur. nam ultimo pede excepto, cætera in omnibus æqualia terminantur. Hoc etiam, ſi quis ita velit, ſpontaneum vocet; at membrum quod huic adjungitur, Iambicum juſtum eſt, unica ſolummodo, quo minus abſolutum ſit, ſyllaba deſtitutum, ut facilius hic quoque carmen occultaretur. nam unam ſi addideris ſyllabam, perfectum erit:

Amore quanto cordis uſque proſequor.

poſtea pæan, aut pes ille Creticus, quinque conſtans temporibus, in his quæ deinceps ſequuntur, procedit,

Civitatem

tore illuſtrat. *Eſt autem pæon hic poſterior (qui à brevibus deinceps tribus oritur, extrema producta atque longa, ſicut illa ſunt,* domuerunt, ſonipedes) *non ſyllabarum numero, ſed aurium menſura, quod eſt acrius judicium & certius, par fere Cretico, qui eſt ex longa, & brevi, & longa.* Syllaba etenim producta duabus brevibus par eſt muſico tempore. Vid. pag. 130: 140.

20 Τοῖς θεοῖς.] Editio Demoſthenis Lutetiæ anno 1570 excuſa, articulum τοῖς non habet: ſed margini adſcribitur, in quatuor codicibus calamo exaratis repertus. Vide quæ jam de hoc loco ſcripta ſunt, pag. 140. Addam vero, annotante Libanio, ὅτι Ὁμηρικῷ εἴρηται ζήλῳ·

Κέκλυτέ μευ πάντες τε θεοὶ,
πᾶσαί τε θέαιναι.

21 Ῥυθμοῖς.] Hac igitur ſcanſione, prima in ῥυθμοῖς corripiatur neceſſe eſt: ut hoc verſu Theocriti, Idyll. 26,

Λᾶξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ωὑτός.

" [22] Τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξειν μοι
" παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα.

Τοῦτό γ' οὖν ἔοικεν, ὅτι μὴ [23] κατακεκλασμένους ἔχει δύο πόδας ἐν ἀρχαῖς, κατὰ γοῦν τὰ ἄλλα [24] πάντα τῷ παρὰ [25] Βακχυλίδῃ·

" [26] Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς,
" Ἀλλὰ χρυσαιγίδος [27] Ἰτωνίας
" Χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν
" Ἐλθόντας, ἁβρόν τι δεῖξαι.

Ὑφορῶμαί τινα πρὸς ταῦτα καταδρομὴν ἀνθρώπων, τῶν μὲν [28] ἐγκυκλίου παιδείας ἀπείρων, τὸ δὲ ἀγοραῖον τῆς Ῥητορικῆς μέρος, ὁδοῦ τε καὶ τέχνης χωρὶς ἐπιτηδευόντων· πρὸς οὓς ἀναγκαῖον ἀπολογήσασθαι, μὴ δόξωμεν ἔρημον ἀφεικέναι τὸν ἀγῶνα. Ἐροῦσι δὴ ταῦτα·

Ὁ

22 Τῇ πόλει.] Hoc loco particula omiſſa eſt copulativa, quam recepimus in contextum: τῇ τε πόλει.

23 Καταкεκλωμένους.] Legendum videtur κατακλωμένους, vel κατακεκλασμένους: ea metaphora qua ſupra 142, 12, dicit κατακεκλασμένας γραφάς: ut ſenſus ſit, Τοῦτο γ' οὖν ἔοικε, δύο μόνον πόδας ἐν ἀρχαῖς ἔχει κατακεκλασμένους. nam ὅτι μὴ alibi quoque uſurpatur pro *nonniſi*, *tantum*. Forſan etiam ſequenti verſu πάντα legendum ταὐτὸ, *idem*. Sylburg. † Cum nullum omnino ſenſum conficeret antiqua lectio; κατακεκλασμένους, rebus cogentibus, reſtituendum putavi. Ita apud Longinum ῥυθμὸς κεκλασμένος, Sect. 40: Μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς Ὑψηλοῖς, ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγου, καὶ σεσοβημένος.

24 Πάντα.] Forſan legendum ταὐτὸ, inquit Sylburgius: quamobrem equidem non video. nam articulus τῷ pendet à verbo ἔοικεν: & particulæ ὅτι μὴ, Latine valent, *niſi quod*.

25 Βακχυλίδῃ.] Poeta Lyricus fuit è Ceo inſula, & Simonidis nepos ex fratre: qui circa Olymp. Octogeſimam quintam floruit. Hujus poemata etiam Pindaricis fuiſſe ab Hierone prælata, auctor eſt Pindari interpres: & Juliano Imperatori admodum placuiſſe ſcribit Ammonius Marcellinus. Magni reges, nec indocti, at ſubtile illud judicium videndis Muſarum laboribus deſideratur. Adeamus itaque Longinum, veterum non contemnendum æſtimatorem. Ille autem, Sect. 33: Τί δ' ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο, ἢ Πίνδαρος, καὶ ἐν

τραγῳδίᾳ

Civitatem & vos univerſos, tanto vos ſtudio in hac contentione
erga me utamini.

Hæc quidem, niſi quod duos initio pedes habeant infractos, quod ad cætera omnia, his apud Bacchylidem ſimillima reperiuntur:

Non jam ſedendi, non eſt cunctandi locus;
Sed auream quæ geſtat ægida, Itoniæ
Oportet ad ſuperbum templum accedere,
Quiddam profectos exhibere & ſplendidum.

Quorundam vero adverſus hæc inſultum videre videor, qui debito doctrinæ ſtudiorumque curſu expertes, omnique & rerum diſpoſitione & arte deſtituti, iſtam Rhetoricæ partem circulatoriam vilemque exercent, quibus reſpondere neceſſe eſt, ne deſertum videamur certamen reliquiſſe.

Hæc

τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος, ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς; ἐπεί τοι οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι, καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη κεκαλλιγραφημένοι. Quem locum ita Tollius: *Quid? in Lyricis Bacchylidem tun' te eſſe malis, quam Pindarum; aut in Tragœdia Ionem Chium, quam Sophoclem?* Judicio igitur Longini, Pindaro inferior eſt Bacchylides.

26 Οὐχ ἕδρας.] Hic primus verſus ab Athenæo lib. 14, cap. 7, citatur. Lucianus itidem ad finem Scythæ: Οὐχ ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὥς ὁ Κεῖός φησιν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν, & quæ ſequuntur. nec multum abludit illud Epidici apud Plautum: *Non enim nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia eſt.*

27 Ἰτωνίας.] Minervæ, cognomento *Itoniæ.* Heſychius, Ἰτωνία, Ἀθηνᾶ ἐν Βοιωτίᾳ. In hoc templum Athenienſes, ab Ageſilao apud Coroneam devicti, ſe conjecerunt: quos ideo violari vetuit. Hac de clade Pauſanias: Ὡς δὲ ἐτρέποντο οἱ Βοιωτοὶ, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. Error itaque eſt Suidæ graviſſimus: Ἰτώνη καὶ Ἰτωνία, ἡ Ἄρτεμις. ſcribe, ἡ Ἀθηνᾶ.

28 Ἐγκυκλίου παιδ.] Quæ & uno verbo ἐγκυκλοπαιδεία dicitur: id eſt, *orbis diſciplinarum*, ſive artium liberalium, quæ ſeptem numero habentur, curſus juventuti inſtituendæ neceſſarius. Ita apud Heſychium, ἐγκύκλια μαθήματα, τὰ ἔξω. Sed Fabii verba apposite, lib. 1, cap. 10: *Nunc de cæteris artibus quibus inſtituendos, priuſquam tradantur rhetori, pueros exiſtimo, ſtrictim ſubjungam, ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quam Græci* ἐγκυκλοπαιδείαν *vocant.*

29 Οὕτως

Ὁ Δημοσθένης οὖν [29] οὕτως ἄθλιος ἦν, ὥσθ᾽ ὅταν γράφῃ τοὺς λόγους, μέτρα καὶ ῥυθμοὺς, ὥσπερ οἱ πλάσται, παρατιθέμενος, ἐναρμόττειν ἐπειρᾶτο τούτοις τοῖς τύποις τὰ κῶλα, στρέφων ἄνω καὶ κάτω τὰ ὀνόματα, καὶ παραφυλάττων τὰ μήκη καὶ τοὺς χρόνους, καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνομάτων, καὶ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ῥημάτων, καὶ πάντα τὰ συμβεβηκότα τοῖς μορίοις τοῦ λόγου πολυπραγμονῶν; [30] ἠλίθιος μέν τ᾽ ἂν εἴη εἰς τοσαύτην σπουδωρίαν καὶ φλυαρίαν ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ ἑαυτὸν διδούς. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια κωμῳδοῦντας αὐτοὺς καὶ καταχλευάζοντας, οὐ χαλεπῶς ἄντις ἀποκρούσαι, τοσαῦτα εἰπών·

Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον ἦν, εἰ τοσαύτης ἠξιωμένος [31] ἀνὴρ [τιμῆς,] ὅσης οὐδεὶς τῶν πρότερον ὀνομασθέντων ἐπὶ δεινότητι λόγων, ἔργα συνταττόμενος αἰώνια, καὶ διδοὺς αὑτὸν ὑπεύθυνον τῷ πάντα βασανίζοντι [32] φθόνῳ καὶ χρόνῳ, μηδὲν εἰκῇ μήτε πρᾶγμα [33] παραλαμβάνει μήτ᾽ ὄνομα· πολλὴν δ᾽ ἀμφοῖν ἔχει τούτων πρόνοιαν, τῆς τε ἐν τοῖς νοήμασιν οἰκονομίας, καὶ τῆς εὐμορφίας τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ἄλλως τε καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων οὐ γραπτοῖς, ἀλλὰ γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφερόντων λόγους· λέγω δὲ Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος.

29 Οὕτως ἄθλιος.] Certe Demoſthenes, ſi quis alius laborem ſcribendi pertulit, ut ex hiſtoria abunde patet. Libanii rhetoris verba, quæ notiſſimum Pitheæ dicterium continent, adjiciam: Οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη, τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ὄζειν. Vide & Ælian. lib. 7, cap. 7.

30 Ἠλίθιος μέν τ᾽.] Pro μέν τ᾽ ἂν, fortaſſe ſcribendum μέν γ᾽ ἄν. *Sylburg.*

31 Ἀνήρ.] Poſt ἀνὴρ deſideratur generei caſus nomen, δόξης, aut aliud ſimile. *Idem.* † Τιμῆς uncinis incluſimus: ut ἄξιοι τιμῆς τυχεῖν, Antiq. Rom. p. 392. δόξα *exiſtimatio* potius apud hunc authorem.

32 Φθόνῳ καὶ χρόνῳ.] Cicero in Orat. pro Marcello: *Servi igitur iis etiam judicibus, qui*

multis

Hæc ſane objicient: *Adeone demens fuit Demoſthenes, ut, cum ſcriberet orationes, fabrorum more, menſuras & numeros apponens, hujuſmodi modulis membra conaretur adaptare, ſurſum deorſum torquens vocabula, accurate obſervans longitudines & tempora, caſus nominum verborumque modos, & cætera quæ partibus orationis accidunt, ſumma cura ſtudioque elaborans? Stultitiæ ſane ac ineptiæ puerilis merito argueretur vir tantus, ſi tali ſe apparatu & molimine hujuſmodi nugis tradiderit.* Hæc & alia his ſimilia, comicorum more, cavillis inſectantes irridenteſque, tali reſponſo facillime retuderis.

Primo quidem, nihil eſſe abſurdi, ſi tanto vir honore dignatus & gloria, quanta ante eum nemini contigiſſet eorum qui eximia dicendi facultate inclaruerunt, ſcripta componens æterna, ſeque omnium rerum acerrimo judici, Invidiæ temporique examinandum tradens, nec rem ullam, nec verbum temere aſſumpſerit, multam vero utrorumque curam habuerit, & rerum diſpoſitionis, & verborum elegantiæ: præſertim cum ea ætate extiterint homines, qui non tam ſcriptis, quam cælatis ſculptiſque operibus conſimiles orationes in lucem ediderunt; Iſocratem dico & Platonem, viros ſapientia inſignes: quorum alter orationem Panegyricam,

multis poſt ſeculis de te judicabunt: & quidem haud ſcio, an incorruptius, quam nos. Nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine invidia judicabunt. Sunt etiam verba Luciani digna, quæ huc traducantur è libello de *Conſcribenda Hiſt.* agit autem ſub finem, de rebus ipſis, quas memoriæ ſcriptor proditurus eſt. Καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινοῦντές σε καὶ τιμήσωσιν, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἐστοχασμένος, πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει τὸν μισθὸν τῆς γραφῆς, ὡς λέγηται καὶ περὶ σοῦ· Ἐκεῖνος μέντοι ἐλεύθερος ἀνὴρ ἦν, καὶ παρρησίας μεστός.

33 Παραλαμβάνει.] In vulgatis libris Infinitive ſcriptum παραλαμβάνειν: errore ſatis evidenti: dependet enim hoc verbum ab conjunctione εἰ. *Sylburg.*

34 Σοφιστῶν.

Πλάτωνος τῶν [34] σοφιστῶν. ὁ μὲν γὰρ τὸν Πανηγυρικὸν λόγον, ὥς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, [35] ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο. ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων, καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων, οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη· πᾶσι γὰρ δή που τοῖς φιλολόγοις γνώριμα τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τἀνδρὸς ἱστορούμενα, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν [36] δέλτον, ἣν τελευτήσαντος αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι, ποικίλως μετακειμένην τὴν ἀρχὴν τῆς Πολιτείας ἔχουσαν, τήνδε·

" [37] Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ
" Ἀρίστωνος.

Τί οὖν ἦν ἄτοπον, εἰ καὶ Δημοσθένει φροντὶς εὐφωνίας τε καὶ ἐμμελείας ἐγένετο, καὶ τοῦ μηδὲν εἰκῇ καὶ ἀβασανίστως

34 Σοφιστῶν.] Wolfius legit, Πλάτωνος καὶ τῶν σοφιστῶν. *Idem.*

Ibid. Σοφιστῶν.] Ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων: ita enim ſe ipſe explicat in lib. περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότητος. Locum adſcribam, cum lucem aliquam argumento allaturus eſt, & Wolfii conjecturam evertit. Ὁρῶν γε δὴ τοὺς θαυμαζομένους ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ κρατίστων λόγων ποιητὰς νομιζομένους, Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα, γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφέροντας λόγους. Vide pag. 194, 30.

35 Ἐν ἔτεσι δέκα.] Hæc oratio Iſocratis, quam alias λόγον πρειβόντον καὶ πολυθρύλλητον vocat, decimo vix demum anno, ut alii, decimo quinto fuit abſoluta. Unde frigidam ſane, & à Longino deriſam, comparationem inſtituit Timæus: qui Alexandrum laudaturus, *Aſiam*, inquit, *ille univerſam paucioribus annis ſubegit, quam ſuum de bello Perſis inferendo panegyricum Iſocrates conſcripſerit.* θαυμαστή γε τοῦ Μακέδονος ἡ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις. Ita & Longinus (quod notandum) *Sophiſtam* vocat Iſocratem. Novem etiam annos poemati ſuo, quod erat *Smyrna* inſcriptum, elimando Cinnam inſumpſiſſe teſtatur Quintilianus: *Temporis quoque eſſe debet modus. nam quod Cinnæ Smyrnam novem annis accepimus ſcriptam, & panegyricum Iſocratis, qui parciſſime,* (ita ſcilicet hunc locum vertit) *decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet: cujus nullum erit, ſi tam tardum fuerit auxilium.*

36 Δέλτον.] Tabulas quaſvis ad ſcribendum paratas, δέλτους vocabant, quod olim figuræ eſſent triangularis, ad imaginem literæ

Panegyricam, ex eorum ſententia ſcriptorum, qui tempus aſſignant breviſſimum, decem annis elaboratam compoſuit: Plato autem dialogos ſuos octogeſimo etiam ætatis anno, verborum comptu cincinniſque ornare non deſtitit, nullis non eos refingens modis. Sunt enim omnibus literarum ſtudioſis nota, quæ de labore ac ſtudio hujus viri memoriæ ſcriptores tradiderunt; tum vero inter alia, & quæ de tabula feruntur, quam eo mortuo inventam perhibent, varie initium illud librorum *de Republica* tranſpoſitum habentem:

Heri deſcendebam ad Piræeum, cum Glaucone Ariſtonis filio.

Quid tandem eſſet abſurdi, ſi & Demoſtheni curæ fuit elegantia verborum & numeroſa concinnitas; ſi, ne quod temere verbum, ne qua inexplorata poneretur ſententia, operam

literæ Δ. Euſtathius, ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν κατὰ Δέλτα πτυσσομένων γραφῶν. Mox autem comma poſt μετακειμένην poſitum ſuſtuli. hæc etenim conſtructio eſt: ἣν λέγουσιν εὑρεθῆναι, ἔχουσαν τὴν ἀρχὴν ποικίλως μετακειμένην.

37 Κατέβην.] Idem refert & Fabius, Inſtit. lib. 8, cap. 6: *Nec aliud poteſt ſermonem facere numeroſum, quam opportuna ordinis mutatio. Neque alio,* Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ, *Platonis inventa ſunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Pyræeum deſcendiſſe ſignificat, plurimis modis ſcripta, quod cum quoque maximi facere experiretur.* Hæc etiam à Phalereo citantur, Sect. 21: ubi articulum ante Πειραιᾶ inſertum habes, εἰς τὸν Πειραιᾶ: quem tamen Editio Platonis, per Ficinum Francof. 1602 excuſa, non agnoſcit.

Quod ſi Platonis hæc induſtria quibuſdam curioſa nimis & ſollicita videtur, ut quæ nec ætati tanti viri, nec officio congruat: quid Cicero itidem fecerit, quantam latinitatis curam graviſſimis etiam reip. negotiis diſtrictus habuerit, in memoriam revocent. Is annum jam agens ſexageſimum, inter medios civilium bellorum tumultus, qui à Cæſare Pompejoque excitarentur, quum neſciret, quo mittenda eſſet uxor, quo liberi; quem ad locum ſe reciperet, miſſis ad Atticum literis, ab eo doceri, an eſſet ſcribendum, *ad Piræa*, *in Piræa*, an *in Piræum*, an *Piræum ſine præpoſitione*, impenſius rogabat. Quæ res etſi levior, & Grammaticis propria, patrem eloquentiæ temporibus etiam periculoſiſſimis adeo exercuit, ut hæc verba, quæ amicum extimularent, addiderit: *Si hoc mihi ζήτημα perſolveris, magna me moleſtia liberaris.*

38 Καὶ

ἴσως πιθέναι μήτε ὄνομα μήτε ἐννόημα; Πολύ τε γὰρ μᾶλλον ἐμοὶ δοκεῖ προσήκειν ἀνδρὶ κατασκευάζοντι λόγους πολιτικοὺς, μνημεῖα τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως αἰώνια, μηδενὸς τῶν ἐλαχίστων ὀλιγωρεῖν, ἢ ζωγράφων τε καὶ τορευτῶν παισὶν, ἐν ὕλῃ φθαρτῇ χειρῶν εὐστοχίας καὶ πόνους ὑποδεικνυμένοις, περὶ τὰ φλέβια καὶ τὰ πτίλα [38] καὶ τὸν χνοῦν, καὶ τὰς τοιαύτας μικρολογίας, κατατρίβειν τῆς τέχνης τὴν ἀκρίβειαν. Τούτοις δὴ τοῖς λόγοις χρώμενος δοκεῖ μοι τις οὐδὲν ἔξω τοῦ εἰκότος ἀξιοῦν, καὶ ἔτι κἀκεῖνα εἰπών· ὅτι μειράκιον μὲν ὄντα, καὶ νεωστὶ τοῦ μαθήματος ἁπτόμενον αὐτὸν, οὐκ ἄλογον πάντα περισκοπεῖν ὅσα δυνατὰ ἦν εἰς ἐπιτήδευσιν ἀνθρωπίνην ἐλθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἡ χρόνιος ἄσκησις ἰσχὺν πολλὴν λαβοῦσα, τύπους τινὰς ἐν τῇ διανοίᾳ παντὸς τοῦ μεθεπομένου καὶ σφραγῖδας ἐνεποίησεν, ἐκ τοῦ ῥᾴστου τε καὶ ἀπὸ τῆς ἕξεως αὐτὰ ἤδη ποιεῖν. οἷόν τι γίνεται κἂν ταῖς ἄλλαις τέχναις, [39] ὧν ἐνέργειά τις ἡ ποίησις τὸ τέλος. Αὐτίκα οἱ κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ αὐλεῖν ἄκρως εἰδότες, ὅταν κρούσεως ἀκούσωσιν ἀσυνήθους, οὐ πολλὰ πραγματευθέντες ἀπαριθμοῦσιν αὐτὴν εὐθὺς ἐπὶ τῶν ὀργάνων, ἀλλὰ καὶ νοήσει, μανθάνοντες δέ γε χρόνῳ πολλῷ καὶ πόνῳ τὰς δυνάμεις τῶν φθόγγων, ἀναλαμβάνουσι. καὶ οὐκ εὐθὺς αἱ χεῖρες αὐτῶν ἐν ἕξει τοῦ δρᾶν τὰ παραγγελλόμενα ἦσαν, ὀψὲ δέ ποτε, καὶ ὅτε ἡ πολλὴ ἄσκησις αὐτῶν τὸ ἔθος κατέστησεν εἰς φύσιν, τότε τῶν ἔργων ἐγένοντο ἐπιτυχεῖς.

Καὶ

38 Καὶ τὸν χνοῦν.] Horatius de Arte poetica:

Faber imus & ungues
Exprimet, & molles imitabitur
ære capillos.

Nec æmulatio ſolum cum pictoribus ſuſcepta, ſed & finis idem fere utriſque propoſitus, noſtram in ſtudiis dicendi debet excitare diligentiam. nam, ut ſcribit Ælianus, ὡμολόγηται καὶ ὁ λόγος, ἐὰν ἔχῃ δύναμιν φραστικὴν, μηδὲν ἀσθενέστερον ὅσα βούλεται δεικνύναι τῶν ἀνδρῶν, τῶν κατὰ χειρουργίαν δεινῶν.

39 Ὧν

operam dedit? Nam multo magis, mea quidem opinione, ad eum pertinet, qui componendas in ſe recepit orationes civiles, æterna facultatis ſuæ monumenta, ne minimam quidem rem negligere, quàm ad pictores, aut eos qui Toreuticen exercent, felices manuum ſucceſſus & labores in materia brevi deperitura oſtentantes, ſummam artis peritiam in venulis etiam deſcribendis, in pluma, lanugine, cæteriſque ejuſmodi minutiis inſumere. Quo ſermone ſi quis utatur, nihil mihi præter æquum rectumque videtur poſtulare; hæc idem præterea dicturus: Quod ætate dum eſſet juvenili Demoſthenes, doctrinæ præcepta nuperrime aggreſſus, à vero non abſimile eſt, eum omnia circumſpexiſſe, quæ in ſtudium & curam humanam poſſint incidere: poſtquam vero exercitatio tempore confirmata magnas vires acceperat, formaſque omnium rerum quas eſſet aſſecutus, & ſigilla animo infixerat, ex uſu jam eadem facillime atque habitu effeciſſe. Id quod aliis etiam artibus accidit, quarum eſt aliqua operatio finis, ſeu effectio. Si quidem & ii, qui citharam pulſare, fides movere, tibia canere ſciunt exactiſſime, canticum ubi aliquod inſuetum audiverint, non ita magno labore, id illico inſtrumentis attemperatum percenſent; verum ipſa artis peritia, jam longo ſcilicet tempore & labore ſonorum poteſtates edocti, in memoriam revocatum inſtrumentis percurrunt. nec tamen eorum manus è veſtigio aſſuefactæ poterant quælibet imperata cantica accurate præſtare; ſed ſero demum, longa poſtquam eos exercitatio, conſuetudine in naturam mutata, ſtabilierat; tum denique rerum ſuarum peritiſſimi evaſerunt artifices.

Et

39 Ὧν ἐνέργεια.] Ex Ariſtot. Ethic. lib. 1, cap. 1, hæc accepit. Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν, ἐνέργειαι· τὰ δὲ παρ' αὐτὰς, ἔργα τινά. ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα. *Videntur autem fines inter ſe diſcrepare. alii enim ſunt, actiones: alii præter eas, opera quædam. Quarum autem rerum præter actiones aliqui ſunt fines, in his opera ſunt actionibus natura meliora.*

40 Ποιήσει.

Καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; ὃ γὰρ ἅπαντες ἴσμεν, ἀπόχρη καὶ πᾶσαν αὐτῶν διαχέαι τὴν φλυαρίαν. Τί δ' ἐστι τοῦτο; τὰ γράμματα ὅταν παιδευώμεθα, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκμανθάνομεν, ἔπειτα τοὺς τύπους καὶ τὰς δυνάμεις· εἶθ' οὕτω τὰς συλλαβὰς, καὶ τὰ ἐν ταύταις πάθη· καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη τὰς λέξεις, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐταῖς, ἐκτάσεις τε λέγω, καὶ συστολὰς καὶ προσῳδίας, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις· ὅταν δὲ τὴν τούτων ἐπιστήμην λάβωμεν, τότε ἀρχόμεθα γράφειν τε καὶ ἀναγινώσκειν κατὰ συλλαβὴν, καὶ βραδέως τὸ πρῶτον. ἐπεὶ δὲ ὁ χρόνος ἀξιόλογος προσελθὼν, τύπους ἰσχυροὺς αὐτῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν [40] ποιήσει, τότε ἀπὸ τοῦ ῥᾴστου δρῶμεν αὐτὰ, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ἐπιδῷ τις βιβλίον, ἀπταίστως διερχόμεθα ἕξει τε καὶ τάχει ἀπίστῳ. Τοιοῦτον δὴ καὶ περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, καὶ περὶ τὴν εὐέπειαν τῶν κώλων ὑποληπτέον γίνεσθαι παρὰ τοῖς [41] ἀθληταῖς τοῦ ἔργου. τοῖς δὲ τούτου ἀπείροις, ἢ ἀτριβέσιν ἔργου ὁτουοῦν, θαυμάζειν καὶ ἀπιστεῖν εἴ τι κεκρατημένως ὑφ' ἑτέρου γίνεται διὰ τέχνης, οὐκ ἄλογον. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς εἰωθότας χλευάζειν τὰ παραγγέλματα τῶν τεχνῶν, ταῦτα εἰρήσθω.

40 Ποιήσει.] Fortaſſe ποιήσῃ rectius.

41 Ἀθληταῖς.

ΤΜΗΜΑ. κϛʹ.

Πῶς ποίημα ἢ μέλος πεζῇ λέξει καλῇ παραπλήσιον γένοιτο.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐμμελοῦς καὶ ἐμμέτρου συνθέσεως τῆς ἐχούσης πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὴν πεζὴν λέξιν, τοιαῦτά τινα λέγειν ἔχω· Ὡς πρώτη μέν ἐστιν αἰτία κἀνταῦθα τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἐπὶ τῆς ἀμέτρου ποιητικῆς, ἡ τῶν

ὀνομάτων

Et quid opus eſt de aliis dicere? nam quod univerſi ſcimus, eorum poteſt abunde omnes præcidere ineptias. Quid igitur eſt? Cum diſcimus literas, primo quidem earum nomina, deinde figuras & poteſtates inveſtigamus; ſic demum ſyllabas, earumque affectiones; poſtea dictiones & quæ iis accidunt; productiones ſcilicet literarum, correptiones, accentuum rationem, & quæ ſunt generis ejuſdem. quorum omnium cognitione penitus percepta, incipimus ſcribere, & legere ſyllabatim, idque tardiuſcule primo: poſtquam vero ſatis longa temporis acceſſerit mora, alta noſtris animis rerum imagine impreſſa, ex uſu facillime hæc eadem ſolemus præſtare; omnemque librum, quem quilibet obtulerit, ſine ulla offenſione percurrimus, habitu quodam & celeritate incredibili. Hujuſmodi etiam poſſe aliquid accidere, tam in componendis vocibus quam membris concinnandis, iis hominibus, qui diu ſe contentione ſumma exercuerint, putandum eſt: eos autem, qui oratoriæ facultatis imperiti ſunt, aut cujuſvis adeo alius negotii rudes, & admirari, & fidem non habere, ſi quid ab alio propter artis peritiam eâ fuerit elegantiâ præſtitum, ut plauſus conſequatur, præter ullius opinionem videri non debet. Hæc quidem in eos dicta ſint, qui ſoleant artium præcepta irridere.

41 Ἀθληταῖς.] Quos ad finem, δεινοὺς ἀνταγωνιστὰς vocat.

1 Συμμέτρως.

Sectio XXVI.

Quomodo carmina, ſive Epica fuerint, ſive Lyrica, ſolutæ orationi ſimillima conſtituantur.

CÆterum de ligata compoſitione numeriſque conſtricta, quæ multam cum pedeſtri ſermone ſimilitudinem habeat, hæc mihi ſunt in promptu dicenda: Quod prima & hoc loco cauſa ſit (quemadmodum & in oratione ſoluta,

στομάτων αὐτῶν ἁρμογή· δευτέρα δὲ, ἡ τῶν κώλων σύνθεσις· τρίτη δὲ, ἡ τῶν περιόδων ἐμμετρία. Τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτῳ τῷ μέρει κατορθοῦν τὰ τῆς λέξεως μόρια, δεῖ πολυειδῶς στρέφειν τε καὶ συναρμόττειν, καὶ τὰ κῶλα ἐν διαστήμασι ποιεῖν [1] συμμέτρως, μὴ συναπαρτίζοντα τοῖς στίχοις, ἀλλὰ διατέμνοντα τὸ μέτρον, ἄνισά τε ποιεῖν αὐτὰ καὶ ἀνόμοια· πολλάκις δὲ καὶ εἰς κόμματα συνάγειν βραχύτερα κώλων, τάς τε περιόδους μήτε ἰσομεγέθεις, μήτε ὁμοιοσχήμονας τὰς γοῦν παρακειμένας [2] ἀλλήλαις ἐργάζεσθαι. ἔγγιστα γὰρ φαίνεται λόγοις τὸ παρὰ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μέτρα πεπλανημένον. Τοῖς μὲν οὖν τὰ ἔπη καὶ τοὺς ἰάμβους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιοειδῆ μέτρα κατασκευάζουσιν οὐκ ἔνεστι πολλοῖς διαλαμβάνειν μέτροις ἢ ῥυθμοῖς τὰς ποιήσεις, ἀλλ' ἀνάγκη μένειν ἀεὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος· τοῖς δὲ μελοποιοῖς ἔξεστι πολλὰ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς εἰς μίαν ἐμβαλεῖν περίοδον. ὥσθ' οἱ μὲν τὰ μονόμετρα συντιθέντες, ὅταν διαλίπωσι τοὺς στίχους, τοῖς κώλοις διαλαμβάνοντες ἄλλοτε ἄλλως, διαχέουσι καὶ ἀφανίζουσι τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου· καὶ ὅταν τὰς περιόδους μεγέθει τε καὶ σχήματι ποικίλας ποιῶσιν, [3] εἰς λήθην ἐμβάλλουσι τοῦ μέτρου. οἱ δὲ μελοποιοὶ, συμμέτρους τὰς στροφὰς ἐργαζόμενοι, καὶ τῶν κώλων [4] ἑκάστου πάλιν ἀνίσων ὄντων καὶ ἀνομοίων ἀλλήλοις, ἀνομοίους τε καὶ ἀνίσους ποιούμενοι τὰς διαιρέσεις,

1 Συμμέτρως.] Fortaſſe ἀσυμμέτρως: cum loci ſenſus id videatur poſtulare.

2 Ἀλλήλοις.] Omnino ſcribendum ἀλλήλαις, genere fœminino. *Sylburg.* † Hanc emendationem ſecuti ſumus: de qua dubitari non poteſt.

3 Εἰς λήθην ἐμβάλλ.] Hac arte potiſſimum inter ſcriptores Elegiacos uſus eſt Callimachus. è quo unum Epigramma, quod rem præſentem illuſtrabit, non gravabor deſcribere:

Ἠῷοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίου δὲ
Δυομένου, Βασιλὼ κάτθανε παρθενική

Αὐτοχειρί.

numeris poeticis referta) ipſorum verborum mutua connexio; ſecunda, membrorum collocatio; tertia vero, periodorum exæquata concinnitas. Quicunque igitur id ſibi deſtinatum habet, ut hac etiam parte oratio feliciſſime ſit compoſita, neceſſe eſt eam multimodis contorqueat, apte diſponat, & paribus intervallis membra conſtituat, iiſdem nunquam, quibus verſum, finibus abſoluta terminet; ſed ipſum potius carmen, iis inæqualibus diſſimilibuſque comparatis, interſecet: ſæpe etiam ad inciſa redigat, membris breviora; & periodos, quæ deinceps ordine conſequuntur, nec pares magnitudine, nec forma conſimiles elaboret. etenim pedeſtri quam proxime orationi acceditur, quum numeris menſuriſque erratum eſt. Copia quidem poetis Epicis non conceditur, iiſque qui ſcribunt Iambos, cæteraque ejuſdem formæ metra, ſua pro lubitu variis numeris pedibuſque carmina diſtinguendi: (nam eidem ut modulo immorentur, ipſa cogit neceſſitas) ſed venia data eſt Lyricis, etiam varia metrorum genera, & pedes diverſos in unam concludendi periodum: adeo ut, qui monometra componunt, poſtquam verſus miſſos fecerint, aliis aliiſque membris orationem illuminantes, abſolutionem carminum perfectionemque confuſam reddant & obſcuratam: cumque periodos & magnitudine & formis varias conſtituerint, faciunt ut nos capiat verſuum oblivio. Qui vero è Melicis pares ſtrophas elaborant, cum membra uniuſcujuſque inæqualia ſint inter ſe ac diſſimilia, factis itidem diſſimilibus

inæqua-

Αὐτοχερί. ζώειν γὰρ, ἀδελφεὸν ἐν πυρὶ θεῖσα,
Οὐκ ἔτλη. δίδυμον δ' οἶκος ἐσεῖδε κακὸν
Πατρὸς Ἀριστίπποιο. κατήφησεν δὲ Κυρήνη
Πᾶσα, τὸν εὐτέκνων χῆρον ἰδοῦσα δόμον.

En tibi ea omnia, quæ tradit Dionyſius, accurate præſtita: ſententiæ inæquales, diſparia membra: ipſi adeo verſus diſſecti, nec ſenſu, nec verborum ſtructura, niſi in ſequentem uſque progrediatur, abſoluta. quibus factum eſt, ut proſaicæ orationi, ſalva tamen dignitate, quam proxime accedatur.

4 Ἑκάστου.] Quantum video, ſcribendum eſt ἑκάστης: ſcilicet στροφῆς.

5 Λογοειδέα.

σεις, δι' ἄμφω ταῦτα οὐκ ἐῶντες ἡμᾶς ὁμοειδῆ ἀντίληψιν λαβεῖν ῥυθμοῦ, πλὴν τὴν πρὸς τοὺς λόγους ὁμοιότητα κατασκευάζουσιν ἐν τοῖς μέλεσιν. Ἔνεστι τε καὶ τροπικῶν καὶ ξένων καὶ γλωττηματικῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ποιητικῶν ὀνομάτων μενόντων ἐν τοῖς ποιήμασι, μηδὲν ἧττον αὐτὰ φαίνεσθαι λόγῳ παραπλήσια.

Μηδεὶς δὲ ὑπολαμβανέτω με ἀγνοεῖν, ὅτι κακία ποιήματος ἡ καλουμένη [5] Λογοείδεια δοκεῖ τις εἶναι· μηδὲ καταγινωσκέτω μου ταύτην τὴν ἀμαθίαν, ὡς ἄρα ἐγὼ κακίαν τινὰ ἐν ἀρεταῖς τούτων ποιημάτων, ἢ λόγων. ὡς δὲ ἀξιῶ διαιρεῖν κἂν τούτοις τὰ σπουδαῖα ἀπὸ τῶν μηδενὸς ἀξίων, [6] ἀκούσας μαθέτω. Ἐγὼ τοῦ λόγου τὸν μὲν, ἰδιώτην ἐπιστάμενος ὄντα, τὸν ἀδολέσχην τοῦτον λέγω καὶ φλύαρον· τὸν δὲ, πολιτικόν, ἐν ᾧ πολὺ τὸ κατεσκευασμένον ἐστὶ καὶ ἔντεχνον· [7] ὅ τι μὲν ἂν τῶν ποιητῶν ὅμοιον εὑρίσκω τῷ φλυάρῳ καὶ ἀδολέσχῃ, γέλωτος ἄξιον αὐτὸ τίθεμαι· ὅ τι δ' ἂν τῷ κατεσκευασμένῳ καὶ ἐντέχνῳ, ζήλου καὶ σπουδῆς ἐπιτήδειον τυγχάνειν οἴομαι. Εἰ μὲν οὖν διαφόρους προσηγορίας τῶν λόγων ἑκάτερος ἐτύγχανεν, ἀκόλουθον ἦν ἂν καὶ τῶν ποιημάτων, ἃ τούτοις ἔοικε, διαφόροις ὀνόμασι καλεῖν ἑκάτερον· ἐπειδὴ δὲ ὅ τε σπουδαῖος, καὶ ὁ μηδενὸς ἄξιος καλεῖται λόγος, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις τὰ μὲν ἐοικότα τῷ καλῷ λόγῳ ποιήματα, καλὰ ἡγούμενος, τὰ δὲ τῷ

μοχθηρῷ

5 Λογοείδεια.] Vitium illud poematis deſignatur, cum nihil elatum habet aut grande, quod mentem ſcriptoris diviniorem prædicet; nec aſſurgit unquam, ſed humi repens, numeris ſolummodo à pedeſtri oratione diſtinguitur. Hujuſmodi videntur fuiſſe (ſi Ariſtoteli credendum) Empedoclis carmina, de rebus naturalibus ſcripta: Οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. Vide fuſius hac de re diſſerentem Cœl. Rhodiginum lib. 7, cap. 6: qui hunc locum Latine interpretatus eſt. *Ex quibus*, inquit, *perſpicuum ferme arbitror dici* Logoidiam, *non tam ubi verſus ſoluta fere oratio videtur*, *quam*

inæqualibuſque diviſionibus, ob utraque hæc, juſtam numerorum perceptionem non ſinentes ut animo teneamus, multam odariis ſuis cum ſoluta oratione ſimilitudinem adſcivere. Quanquam etiam figurata, peregrina, extranea, cæteraque vocabula poetica carminibus obverſentur, nihilominus proſaicæ apparebunt orationi ſimillima.

Nemo autem me ignorare arbitretur, vitium eſſe poematis vel maximum, ſi ad imitationem ſpeciemque pedeſtris orationis conſcribatur, omni cultu & ſplendore deſtitutum: nemo hujuſmodi inſcitiæ me incuſet, quaſi vitium aliquod inter virtutes poematum aut orationum à me ponatur: verum & hoc loco, quemadmodum ipſe à rebus nullius pretii bona velim diſtincta & ſeparata, audiendo diſcat. Equidem cum ſciam orationum aliud genus eſſe plebeium, (futile illud dico, ac nugatorium) aliud è contra civile, cauſis judiciiſque in foro tractandis accommodum, cui venuſtates dicendi multæ inſunt, multa artis peritia: quicquid itaque apud poetas invenero, nugatorio iſti vanoque perſimile, id riſu dignum & contemptu ſtatuo; quicquid autem huic elaboratæ concinnitati, atque arte perfectæ, ſumma æmulatione & ſtudio proſequendum arbitror. Quod ſi diverſam appellationem utraque aſſecuta eſſet oratio, ſequeretur itidem, utrumque poema quod huic affine ſit, diverſis nominibus diſtingui debere atque appellari: quum vero & gravis, & quæ pretii nullius eſt, pariter vocetur oratio, non alienum à re fecerit, quiſquis poemata bonis orationibus perſimilia, bona cenſuerit;

quam quum futilem nugacemque imitatur. qui & in noſtris authoribus, & apud Ciceronem in primis logos *invenio poſitos pro ridiculis contemnendiſque dictis.*

6 Ἀκούσας μαθέτω.] Præceſſerat μηδείς: eadem eſt & Horatii ſtructura.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illa
Contentus vivat: laudet diverſa ſequentes?

7 Ὅ τι μὲν ἄν.] Cœl. Rhodiginum ὅντινα μὲν ἄν legiſſe, ſua indicat Verſio. *Quemcunque igitur ex poetis prius illud genus expreſſiſſe adverto, ridiculum judico.* quam hoc ridiculum, nemo non videt.

8 Αὐτοῦ.

μοχθηρῷ, πονηρὰ, οὐδὲν ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ὁμοειδείας παραττόμενος. κωλύσει γὰρ οὐδὲν ἡ τῆς ὀνομασίας ὁμοιότης κατὰ διαφόρων ταττομένη πραγμάτων, τὴν ἑκατέρου φύσιν ὁρᾶν. Καὶ περὶ τούτων μὲν ἅλις.

Ὧν δὲ προὐθέμην τὰ παραδείγματα θεὶς, [8] αὐτοῦ κατακλείσω τὸν λόγον. Ἐκ μὲν οὖν τῆς Ἐπικῆς ποιήσεως ταῦτα ἀπόχρη·

" [9] Αὐτὰρ ὅγ᾽ ἐκ λιμένος προσέβη τρηχεῖαν ἀταρπὸν.

ἓν μὲν δὴ τοῦτο κῶλον. ἕτερον δὲ, Χῶρον ἀν᾽ ὑλήεντα,
" — ἔλαττόν τε τοῦ προτέρου, καὶ δίχα τέμνον τὸν στίχον.
" τρίτον δὲ τουτὶ, — Δι᾽ ἄκριας· — ἔλαττον κώλου κομμάτιον.

" ——— ᾗ οἱ Ἀθήνη
" Πέφραδε δῖον ὑφορβόν·

ἐξ ἡμιστιχίων δύο συγκείμενον, καὶ τοῖς προτέροις οὐδὲν ἐοικός. ἔπειτα τὸ τελευταῖον,

" ——— ὅ οἱ βιότοιο μάλιστα
" Κήδετο οἰκήων, οὓς κτήσατο δῖος Ὀδυσσεύς.

ἁπλῆ μὲν ποιοῦν τὸν τρίτον στίχον, τοῦ δὲ τετάρτου τῇ προσθήκῃ τὴν ἀκρίβειαν ἀφῃρημένον. ἔπειτ᾽ αὖθις,

" Τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ἐνὶ προδόμῳ εὗρ᾽ ἥμενον,

οὐ συνεκτρέχον οὐδὲ τοῦτο τῷ στίχῳ.

" ——— ἔνθά οἱ αὐλὴ
" Ὑψηλὴ δέδμητο, ———

ἄνισον καὶ τοῦτο τῷ προτέρῳ. κἄπειτα ὁ ἑξῆς νοῦς ἀπείροδος ἐν κώλοις τε καὶ κόμμασι λεγόμενος. ἐπιθεὶς γὰρ,
" — Περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, — πάλιν ἐποίσει, Καλή τε μεγάλη

8 'Αὐτοῦ.] Legendum videtur αὐτὸν, *ipſum*. Sequens Homeri locus exſtat. Odyſſ. ξ, initio: ubi pro ὅγ' in vulgat. Edit. legitur ὃ. *Sylburg.* † Poteſt & αὐτὸς legi.

9 'Αὐτὰρ ὅγ'.] Totum tibi hunc ex Homero locum deſcribam, ut facilius inde, verſibus in unum collectis, authoris mentem percipias:

'Αὐτὰρ

cenſuerit; malis autem, mala, nihil vocum aſſinitate perturbatus. Etenim nil omnino impedit ſimilitudo nominis, diverſis rebus impoſita, quo minus utriuſque natura perſpiciatur. Ac de his quidem ſatis.

Earum itaque rerum quas propoſui, ubi exempla produxero, clauſo ſermone, finem dicendi faciam. Ex Epica quidem poeſi hæc decerpta ſufficiant:

Egreditur portu, tenuis quo ſemita ducit:

" Hoc unum eſt membrum; alterum autem,—— *Per nemora*
" *& ſaltus:* —— brevius hoc priori, & carmen in medio ſecat. tertium autem, —— *ſuperans juga ſumma:* —— ſegmentum membro brevius.

—— *Subulci*

Ad tecta, auxilio divinæ Palladis:

ex duobus hemiſtichiis compoſitum, nihilque prioribus ſimile. deinde hoc ultimum,

—— *omnes*

Hic famulos inter cuſtos fidiſſimus unus.

Quod imperfectum reddit carmen tertium; quarti vero adjectione, abſolutionem perfectionemque ademit. Deinde iterum,

Veſtibuloque ſedentem invenit.

ne hoc quidem cum carmine æquis paſſibus concurrit.

——*quo domus alta*

Turribus extructa eſt:

hoc etiam priori inæquale. Quæ autem deinceps ſequitur ſententia, nec membris, nec inciſis ad inſtar periodi profer-
" tur. hoc etenim adnexo, —— *quæ deſpectaret in agros:* —— rurſus

Αὐτὰρ ὃ ἐκ λιμένος προσέβη τρηχεῖαν ἀταρπὸν,
Χῶρον ἀν' ὑλήεντα, δι' ἄκριας· ᾗ οἱ Ἀθήνη
Πέφραδε δῖον ὑφορβὸν, ὅ οἱ βιότοιο μάλιστα
Κήδετο οἰκήων, οὓς κτήσατο δῖος Ὀδυσσεύς.
Τὸν δ' ἄρ' ἐνὶ προδόμῳ εὗρ' ἥμενον, ἔνθα οἱ αὐλὴ
Ὑψηλὴ δέδμητο, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
Καλή τε μεγάλη τε, περίδρομος.

» μεγάλη τε.—βραχύτερον κῶλου κομμάτιον. εἶτα—Πε-
» ρίδρομος—ὄνομα καθ' ἑαυτὸ νοῦν τινα ἔχον. εἶθ' ἑξῆς τὰ ἄλλα τοῦτον κατασκευάζει τρόπον. τί γὰρ δεῖ μηκύνειν τὸν λόγον;

Ἐκ δὲ τῆς ποιήσεως τῆς Ἰαμβικῆς τὰ Εὐριπίδου ταυτί·

» 10 Ὦ γαῖα πατρὶς, ἣν Πέλοψ ὁρίζεται,
» Χαῖρ'·

τὸ πρῶτον ἄχρι τούτου κῶλον.

» —ὅστε 11 πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων
» Ἐμβατεύεις·—

τὸ δεύτερον μέχρι τοῦδε.

» —ἔνθεν εὔχομαι γένος.

τοῦτο τρίτον. τὰ μὲν πρότερα, 12 μείζονα στίχου· τοῦτο δὲ, ἔλαττον.

» 13 Αὔγη γὰρ Ἀλέου παῖς με τῷ Τιρυνθίῳ
» Τίκτει λαθραίως Ἡρακλεῖ.

μετὰ τοῦτο,

» —ξύνοιδ' ὄρος
» 14 Παρθένιον.

οὐδέτερον αὐτῶν στίχῳ συμμετρούμενον. εἶτ' αὖθις ἕτερον στίχου τε ἔλαττον καὶ στίχου μεῖζον,

—ἔνθα

10 Ὦ γαῖα.] Ex Telepho Euripidis, quæ fabula, paucis verſibus exceptis, jam intercidit, hæc accepit. Telephus una cum Parthenopæo ſcenam (quæ in Arcadia poſita eſt) ingreſſus, agere videtur Prologum.

11 Πέτρον.] Metrum talem quampiam lectionem requirit, ὅστε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων Ἐμβατεύεις. *Sylburg.* † Hanc ſtructuram lubenter admiſimus: nam quæ prius obtinuit, ὅστε πέτρον δυσχειμέρων Ἀρκάδων, ob numeros duriores vix videtur ferenda. nec aliter, qui Euripidem Cantabrigiæ edidit, tacito tamen Sylburgii nomine. idem initio etiam tertii carminis τόνδ' inſerit: ὅστε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων Τόνδ' ἐμβατεύεις. Haud male, ut arbitror: ſed auctoritatem requiro.

12 Μείζονα στίχου.] Στίχου legendum eſſe pro vulgato στίχον. ſenſus

rurſus ſubjungit,—*Pulcra, ingens:* — membro inciſum brevius. denique,— *Adeunda ex omni parte:*— vox una per ſe orationem conficit. reliqua itidem quæ deinceps ſequuntur, eodem modo elaborata diſponit. Quid enim opus eſt, ulterius ſermonem protrahere?

Ex poeſi autem Iambica, hi verſus Euripidis deſumantur:

O Terra patria, quam Pelops diſterminat,
Salve:

huc uſque primum pertingit membrum.

Arcadumque mecum qui calcas ſolum,
Quos atra vexat hyems:

ſecundum uſque huc.

—*inde duco genus.*

hoc tertium eſt. priora quidem menſuram carminis exuperant; hoc autem brevius eſt.

Auge namque Alei filia me Tirynthio
Peperit latenter Herculi.

deinde, —*Mons conſcius*
Parthenius.

eorum neutrum eandem habet cum verſu menſuram. deinde aliud eſt membrum brevius carmine, aliud etiam longius.

meam

ſenſus arguit, & confirmat locus ſimilis paulo poſt, ἕτερον στίχου τε ἔλαττον, καὶ στίχου μεῖζον. Auge quoque ibidem reponendum eſſe pro vulgato αὐτὴ, monuerat ante me Paulus Leopardus Emendationum lib.3,cap.24. quod ipſum erratum apud Pauſaniam quoque à me notatum eſt, 455, 54. *Sylburg.*

13 Αὔγη.] Alei Tegeæ regis filia, ab Hercule compreſſa, Telephum peperit, quem in monte Parthenio expoſuit. Hanc hiſtoriam fuſe perſecutus eſt Alcidamas in oratione adverſus Palamedem; Pauſanias in Arcadicis, & Diodorus Siculus.

14 Παρθένιον.] Callimachus Hymno in Delum, ver. 70,

Φεῦγε μὲν Ἀρκαδίη, φεῦγεν δ' ὄρος ἱερὸν Αὔγης
Παρθένιον.

ad quem ita Scholiaſtes: Ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Παρθένιον, ἔνθα τὴν Αὔγην τὴν Ἀλέου θυγατέρα, ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, ἔφθειρεν Ἡρακλῆς.

 15 Ἀριστοφά-

" ——ἔνθα μητέρ' ὠδίνων ἐμὴν
" Ἔλυσεν Εἰλείθυια.

καὶ τὰ ἑξῆς τούτοις παραπλήσια.

Ἐκ δὲ τῆς μελικῆς τὰ Σιμωνίδεια ταῦτα. γέγραπται δὲ κατὰ διαστολάς, οὐχ ὧν [15] Ἀριστοφάνης ἢ ἄλλος τις κατεσκεύασε κώλων, ἀλλ' ὧν ὁ πεζὸς λόγος ἀπαιτεῖ. Πρόσεχε δὲ τῷ μέλει, καὶ ἀναγίνωσκε [16] ταῦτα κατὰ διαστολάς, καὶ εὖ ἴσθ' ὅτι λήσεταί σε ὁ ῥυθμὸς τῆς ᾠδῆς, καὶ οὐχ ἕξεις συμβαλεῖν οὔτε στροφὴν, οὔτε ἀντιστροφὴν, οὔτ' ἐπῳδόν· ἀλλὰ φανήσεταί σοι λόγος, οὑτωσὶ διειρόμενος. Ἔστι δὲ [17] ἡ διὰ πελάγους φερομένη Δανάη, τὰς ἑαυτῆς [18] ἀποδυρομένη τύχας.

" [19] Ὅτε λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος
" βρέμῃ πνέων, κινηθεῖσα δὲ [20] λίμνα
" δείματι ἔρειπεν· οὔτ' ἀδιάντοισι
" παρειαῖς, ἀμφί τε Περσεῖ βάλλε
" φίλαν χέρα, εἶπέν τε· [21] Ὦ τέκνον,

οἷον

15 Ἀριστοφάνης.] Vide ſuperius de hoc Ariſtophane, p.182, v. 9.

16 Ταῦτα.] Suſpecta eſt hæc vox; pro qua forte aut ταὐτὸ legendum; aut τάυτας κατὰ τὰς διαστολάς. quod nobis quidem magis placet.

17 Ἡ διὰ πελάγους.] Idem paſſa eſt & Auge, cum nato Telepho. Καὶ αὐτὴν ὁ Ἀλεὸς ἐνθέμενος ὁμοῦ τῷ παιδὶ ἐς λάρνακα, ἀφίησιν ἐς θάλασσαν. Pauſanias. quod ſupplicium vitiatis videtur fuiſſe olim commune. De Ilia paulo aliter Dionyſius: ἐδικαίωσαν καὶ οἱ σύνεδροι χρῆσθαι τῷ νόμῳ κελεύοντι τὴν μὲν αἰσχύνασαν τὸ σῶμα, ῥάβδοις αἰκισθεῖσαν ἀποθανεῖν, τὸ δὲ γεννηθὲν εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ βάλλεσθαι ῥεῖθρον.

18 Ἀποδυρομένη.] Inter alia poemata, Simonidem Θρήνους ſcripſiſſe auctor eſt Suidas; ex quo opere hæc videntur deſumpta. Fuit autem hujus poetæ, Fabio teſte, præcipua in commiſeratione virtus. *Simonides tenuis, alioqui ſermone proprio & jucunditate quadam commendari poteſt: præcipua tamen ejus in commovenda miſeratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejuſdem operis auctoribus præferant.* Dionyſius etiam Pindaro anteponit in *Cenſura Veterum*: καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου ἐν τῷ παθητικῶς οἰκτίζεσθαι. unde illud Catulli

meam hic partuum doloribus
Lucina matrem ſolvit.

& quæ ſequuntur his ſimilia.

Ex lyricis vero carminibus hæc Simonidis. Sunt autem ſcripta per diſtinctiones membrorum, non quæ Ariſtophanes, aut alius è metricis quiſpiam inſtituit, ſed quæ ſibi oratio ſoluta poſtulat. Odario mentem adhibe, totumque his uſus diviſionibus perlege; atque pro certo habeas, te numeros odarii neutiquam ſenſurum, nec Stropham poſſe, aut Antiſtropham, aut Epodum dignoſcere: verum nuda tibi & ſimplex oratio apparebit, hoc modo diſtincta. Eſt autem Danae, quæ ventis per mare agitata, ſuam deplorat calamitatem.

Quum navigio, eleganti arte compoſito, ventus
infremeret ſpirans, pelagique ſtagna commota
aſpero fluctu id eſſent everſura; haud ſiccis quidem
genis, Perſeo circumque injecit
» *amicam manum, dixitque: O Fili,*

Quos

Catulli notiſſimum: *Mœſtius lacrymis Simonideis.*

19 Ὅτε λάρνακι.] Fuit hæc Ode Περσεὺς inſcripta, uti ex Athenæo diſcimus, lib. 9, cap. 12: Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν. Nos autem in ea deſcribenda, Fulvii Urſini diſtinctionem ſecuti ſumus, quam in notis ſuis Sylburgius exhibet.

20 Λίμνα.] Urſinus annotat, quoſdam pro λίμνα δείματι, reponere πρύμνα κύματι. Paulo poſt, ver. 5, pro τέκνον Athenæus lib. 9, (in ſermone περὶ τῶν γαλαθηνῶν) habet τέκος: nulla nec metri nec ſenſus variatione. *Sylburg.* † Idem Athenæus ver. 6: σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι: unde Muſis faventibus Caſaubonus, σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις.

21 Ὦ τέκνον.] Hæc verba ſunt inquinata mendis: Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις. Reſtitue poeticum & Homericum verbum, ac lege: ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις. *O fili, quantos ego cruciatus fero! at tu interea dulcem ſomnum carpis, & infanti animo ſtertis.* Ἀωτεῖν eſt ἀπανθίζεσθαι τὸν ὕπνον, quod vulgo dicimus, primum ſomnum dormire. Homerus,

Μηκέτι νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε
γλυκὺν ὕπνον.

Caſaubonus.

22 Νυκτιλαμπεῖ

» οἷον ἔχω πόνον. σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ
» ἤτορι κνώσσεις ἐν ἀτερπεῖ δώματι,
» χαλκεογόμφῳ δὲ, [22] Νυκτιλαμπεῖ,
» κυανέῳ τε δνόφῳ. Τὺ δ' αὐαλέαν
» ὕπερθε τεὰν κόμαν βαθεῖαν
» παριόντος κύματος οὐκ ἀλέγεις,
» οὐδ' ἀνέμου φθόγγων, πορφυρέᾳ
» κείμενος ἐν χλανίδι, [23] πρόσωπον καλόν.
» Εἰ δὲ τοι δεινὸν τό γε δεινὸν ἦν,
» καί κεν ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν
» ὑπεῖχες οὖας. Κέλομαι, εὗδε βρέφος,
» εὑδέτω δὲ πόντος, εὑδέτω ἄμετρον κακόν.
» Ματαιοβουλία δέ τις φανείη,
» Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο· ὅ τι δὴ θαρσαλέον
» ἔπος, εὔχομαι τεκνόφι δίκας μοι.

Τοιαῦτά ἐστι τὰ ὅμοια τοῖς καλοῖς λόγοις μέτρα καὶ μέλη, διὰ ταύτας γινόμενα τὰς αἰτίας ἃς προεῖπόν σοι.
» Τοῦτ' ἔχεις δῶρον ἡμέτερον, ὦ Ῥοῦφε, [24] πολλῶν ἀν-
» τάξιον ἄλλων, εἰ βουληθείης [25] ἐν τῇ χερσί τε [26] αὐτὸ συνεχῶς, ὥσπερ τι καὶ ἄλλο τῶν πάνυ χρησίμων, ἔχειν, καὶ συνασκεῖν αὖ ταῖς καθ' ἡμέραν γυμνασίαις. οὐ γὰρ αὐτάρκη τὰ παραγγέλματα τῶν τεχνῶν ἐστι δεινοὺς ἀνταγωνιστὰς

22 Νυκτιλαμπεῖ.] Lunæ potius cognomen, quam Epitheton. Ita Horatius, quod Muretus annotavit: *Rite creſcentem face Noctilucam.* Hæc tamen vox ad dignitatem Græci Νυκτιλαμπῆ haud aſſurgit. ideo alteram lectionem *face noctilucâ*, tantum non antepono: quemadmodum ea uſus eſt Varro: *noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviſcit.* Scilicet è verſu præcedenti (quod in expedito eſt) *Latonæ puellam* oportet intelligamus. Quod ad conſtructionem hujus loci attinet, repetenda eſt præpoſitio ἐν. Hanc autem vocem Sylburgius, ut ex Græco Indice conſtat, cum δώματι connectit: *domo, cui nox ſola illucet, idque tenebroſa.*

23 Πρόσωπον.] Hen. Stephanus, *purpurea in tunicula conditam habens faciem pulcram.* At quæ

» *Quos ſuſtineo labores! tu vero infanti*
» *animo dormis, in domo illætabili,*
» *claviſque ferreis compacta, ſub incerta luna,*
» *atraque caligine. Tu porro ſiccam*
» *ſupra tuam cæſariem profundam,*
» *aſſilientem fluctum nihil curas;*
» *nec venti ſonos, purpurea ipſe*
» *læna porrectus, infans vultu pulcerrimo.*
» *Quod ſi gravis hæc, itidem & tibi gravis eſſet calamitas,*
» *meis tum ſaltem queſtibus tenuem*
» *ſupponeres auriculam. Jubeo, dormi infans:*
» *dormiat & pontus: dormiat immenſum malum.*
» *Inane autem conſilium hoc inimicorum reperiatur,*
» *Jupiter pater, per te: quod forte audacius*
» *ſit dictum, filii opera precor mihi vindicatum iri.*

Hujuſmodi carmina, tam heroici generis quam lyrici, pulcris videntur orationibus ſimillima, idque ob cauſas ſuperius à me allatas.

Hoc meum habebis munus, *mi Rufe*, quo non aliud præſtantius ullum; ſi modo volueris id aſſidue, veluti quid aliud imprimis utile, manibus verſare, & quotidianis exercitiis pro virili incumbere. Neque enim per ſe poſſunt artium præcepta, abſque meditatione & labore ſtudiorum debito, ſtrenuos dicendi concertatores exhibere: verum & hæc

quæ hæc ſyntaxis? vocandi caſus eſt, ὦ πρόσωπον καλόν. unde major etiam affectus.

24 Πολλῶν.] Alludit ad carmen notiſſimum, Iliad λ:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

25 Ἐν ταῖς χερσί.] Idem de probatiſſimis veterum Grajorum ſcriptis præcipit poeta Venuſinus, totidem fere verbis:

-------*Vos exemplaria Græca*
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

26 Αὐτὰ συνεχῶς.] Rectius αὐτὸ, ſingulariter: & paulo poſt τοῖς pro αὐταῖς: ut ſupra 168, 21: ταῦτ' ἐν τοῖς καθ' ἡμέραν γυμνασίοις προϋποθήσομαί σοι. Sequenti verſu pro ἀνταγωνιστὰς ſcribendum videtur ἂν ἀγωνιστὰς, vel ſimpliciter ἀγωνιστάς. *Sylburg.* † Feci ut αὐτὸ, rebus cogentibus, legeretur: & mox pro αὐταῖς καθ' ἡμέραν, disjunctim ἂν τοῖς, nè quid intercidat. Sic pag. 216, ver. ult. τοὺς ἐξακολουθοῦντας ἂν τοῖς κατορθουμένοις.

27 Τοῖς

ταγωνιστὰς ποιῆσαι τοὺς βουλομένους δίχα μελέτης τε καὶ γυμνασίας· ἀλλ' ἐπὶ [27] τοῖς πονεῖν καὶ κακοπαθεῖν κεῖται, ἢ σπουδαῖα εἶναι τὰ παραγγέλματα καὶ λόγου ἄξια, ἢ φαῦλα καὶ ἄχρηστα.

27 Τοῖς πονεῖν.] Cum τοῖς πονεῖν καὶ κακοπαθεῖν, ſubaudiendum participium ἐθέλουσι, βουλομένοις, aut aliud conſimile. Wolfius legit, τοῖς πονεῖν αἱρουμένοις καὶ κακοπαθεῖν. *Idem.*

Ibid. Τοῖς πονεῖν.] Hanc Wolfii conjecturam paucis opinor ſatisfacturam. Quid enim de vocibus τοὺς βουλομένους prioris membri ſentiendum eſt? aut quæ ibi conſtructio? Equidem inductus

Τ Ε Λ Ο Σ.

hæc præcepta, in eorum adeo poteſtate ſitum eſt, qui laborem velint moleſtiamque perferre, an gravia evadant & digna memoratu, an etiam vilia, nulliuſque aut pretii aut momenti.

inductus ſum, ut credam verba (*τοῖς βȣλομένοις*) loco mota librarii oſcitantia, hanc ſedem occupaſſe; ac poſtea, cum nulla eſſet ſtructura, in accuſandi caſum fuiſſe mutata. totam itaque periodum ita reformari debere contendo: *δεινȣ̀ς ἀνταγωνιςὰς ποιῆσαι δίχα μελέτης τε̃ κ̀ γυμνασίας· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς βȣλομένοις πονεῖν κ̀ κακοπαθεῖν κεῖται.* Quam recta ſit hæc mea ſententia, aliorum eſto judicium. *Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει.*

F I N I S.

SIMONIS BIRCOVII

EXEMPLA LATINA,

Græcis Dionyſii reſpondentia.

NOMINA AUCTORUM,

Ex quibus Latina exempla ſunt ſumpta.

Ælius Spartianus.
A. Gellius.
Auctor ad Herennium.
C. Val. Catullus.
M. T. Cicero.
Ennius.
Gloſſarium vetus.
Hegeſippus.
Hermogenes.
Horatius.
T. Livius.
Lucretius.
Marius Victorinus.
Plinius.
Rufinus.
Salluſtius.
Terentius.
Varro.
P. Virgilius.

Lectori Benevolo Salutem

SIMON BIRCOVIUS.

CUM hunc libellum Dionyſii Latinum feciſſem, cogitavi mecum fruſtra me laborem inſumpſiſſe, ſi iis qui Græcè intelligerent, Latina obtruderem; aut iis qui Latinè loquentem Dionyſium legere vellent, æquè difficilem, propter exemplorum Græcorum multitudinem, proponerem. Nam præcepta elocutionis fruſtra ſane à Græcis petuntur, ſi uſus eorum in bonis Latinis auctoribus non oſtendatur. Cum verò vellem quomodocúnque præcepta Dionyſii Latinis exemplis explicare; alia me difficultas preſſit. Video enim dicendi bonos artifices, non tam ad ſuas præceptiones aliorum ſcripta examinare; quàm ad alicujus ſummi Oratoris aut Poetæ illas conformare. Non enim ille divinus impetus ſcribendi aut dicendi præceptorum cancellis continetur; ſed potiùs imitandus ab ingenioſis dicendi magiſtris proponitur. ut non mirum ſit, ſi Cicero ipſe aſſidua quadam exercitatione in dicendo, ſeipſum ſuperârit: qui non tam præceptis ſuas orationes, quàm præcepta orationibus dirigebat. Me igitur hoc ipſum, ne Latinis exemplis Græcorum præcepta illuſtrarem, reprimebat. Verumtamen cùm viderem Latinos quoſdam id præſtare conatos fuiſſe; ut dum Dionyſii doctrinam ad ſua ſcripta transferrent, eandem Latinis exemplis illuſtrarent, itidem ipſe faciendum putavi; ut

Dionyſium

Dionyſium non ſolum Latinè loquentem & præcepta tradentem exhiberem: ſed præceptis Latina etiam exempla quoad fieri poſſet accommodarem: ne omnino in Latino ſermone Græcorum induſtria deſideraretur: aut cùm in Latina converſione, ſententiis expreſſis, Verborum Collocationis via ac ordo ſervari non poſſet, à Græcæ linguæ ignaris minus intelligerentur.

EXEMPLA

EXEMPLA LATINA
Græcis Dionyſii reſpondentia.

PAg. 18, ver. 14: Τὼ δ' ἀυτ' ἐν κλισίης.] Virgilius etiam res humiles pari elegantia conſcripſit, *Georg.* 2, ver. 385:

Nec non Auſonii, Trojâ gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto;
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Æneid. quoque lib. 5, ver. 328.

—— Levi cum ſanguine Niſus
Labitur infelix: cæſis ut forte juvencis
Fuſus humum, virideſque ſuper madefecerat herbas.

et infra, ver. 357:

Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, & udo
Turpia membra fimo. riſit pater optimus olli.

Pag. 22, ver. 19: Γύγη, ἓ γάρ σε δοκῶ.] Pari verborum ſuavitate, & elegantia Collocationis, ea quæ in operto fuerunt, T. Livius lib. 39, cap. 9, deſcripſit. *Scortum*, inquit, *nobile libertina Hiſpala Fecenia, non digna quæſtu cui ancillula aſſueverat; etiam poſtquam manumiſſa erat, eodem ſe genere tuebatur. Huic conſuetudo juxta vicinitatem cum Æbutio fuit; minime adoleſcentis aut rei aut famæ damnoſa: ultro enim amatus appetituſque erat. et maligne omnia præbentibus ſuis, meretriculæ munificentia ſuſtinebatur. Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & prætore petito, quum teſtamentum faceret, unum Æbutium inſtitueret hæredem. Hæc amoris pignora quum eſſent, nec quicquam ſecretum alter ab altero haberent, per jocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet.*

Religionis

Religionis ſe cauſa, ut voto pro valetudine ſua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi mulier audivit, perturbata, Dii meliora! *inquit:* mori & ſibi & illi ſatius eſſe, quam id faceret, & in caput eorum deteſtari minas periculaque qui id ſuaſiſſent. *Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adoleſcens, Parcere execrationibus jubet: matrem id ſibi, aſſentiente vitrico, imperaſſe; &c.*

Cic. in Orat. pro Milone: *Milo autem cùm in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt; domum venit: calceos, & veſtimenta mutavit: pauliſper, dum ſe uxor (ut fit) comparat, commoratus eſt: deinde profectus eſt id temporis, cum jam Clodius, ſiquidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet.*

Pag. 28, ver. 9: Ἀλλ' ἔχον ὥστε.] Exemplis his utitur etiam Hermogenes de Ideis. Sed ut Dionyſius Homeri verſus alio genere carminis immutat, ut vim Collocationis oſtendat: ita nobis facere liceat in Virgilio, cujus carmina ex Æneid. lib. 8, Ithyphallica faciamus. Sunt autem hæc:

Inde, ubi prima quies medio jam noctis abactæ
Curriculo expulerat ſomnum, cum fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva,
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctem addens operi; famulaſque ad lumina longo
Exercet penſo; caſtum ut ſervare cubile
Conjugis, & poſſit parvos educere natos.

Ithyphallica autem erunt hoc modo:

Curriculo veluti noctis medio jam abactæ
Fœmina, cui tolerare colo & tenui Minerva
Vitam, impoſitum cinerem ſuſcitat, & ſopitos
Ignes, noctem addens operi, famulaſque longo ad
Lumina penſo exercet, conjugis ut cubile
Caſtum ſervare, atque educere poſſit natos.

Pag. 32, ver. 13: Ὅτι δὲ καὶ ἡ πεζὴ λέξις.] Solutam quoque orationem, quod & ligata, pati poſſe, ut alia atque alia, mutata collocatione, eſſe videatur, Cicero in Oratore prope finem docet his verbis:

Quantum

Quantum autem ſit aptè dicere, experiri licet, ſi aut compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſolvas permutatione verborum. corrumpatur enim tota res, ut & hæc noſtra in Corneliana, & deinceps omnia, Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalicii, mercatoreſque ſuperarunt. *Immuta paullum, ut ſit*, multi ſuperarunt mercatores, venaliciique; *perierit tota res. Et quæ ſequuntur*, Neque veſtis, aut cælatum aurum, & argentum, quo noſtros veteres Marcellos, Maximoſque, multi eunuchi è Syria, Ægyptoque vicerunt. *Verba permuta ſic, ut ſit*, Vicerunt eunuchi è Syria Ægyptoque. *Adde tertium*, Neque vero ornamenta iſta villarum, quibus *L.* Paullum, & *L.* Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referſerunt, ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potuiſſe ſuperari: *Fac ita*, potuiſſe ſuperari ab aliquo Syro, aut Deliaco.

Videſne, ut ordine verborum paullum commutato, iiſdem verbis, ſtante ſententia, ad nihilum omnia recidant, cùm ſint ex aptis diſſoluta? aut ſi alicujus inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eámque, ordine verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens, ac ſolutum. Agè, ſume de Gracchi apud cenſores illud, Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet. *Quanto aptius, ſi ita dixiſſet*, quin ejuſdem hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare? *Hoc modo dicere nemo unquam noluit: nemoque potuit, quin dixerit.*

Pag. 44, ver. 8: Ἄνδρα μοι ἔννεπε.] Similiter Virgilius Æneid. lib. 1, à nomine inchoat:

Arma virumque cano.

et, Æneid. 11:

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.

Pag. eadem, ver. 19: Κλῦθί μευ.] Eodem modo Virg. à verbo incipit Æneid. lib. 7:

Pandite nunc Helicona Deæ, cantuſque movete.

et lib. 1, ver. 319: —— *dederatque comas diffundere ventis.*

Pag. 46, ver. 10: Τύπτε δ' ἐπιςρεφάδην.] Virgilius etiam id obſervavit: nam primum verba poſt adverbia poſuit: ut Æneid. lib. 1, ver. 389: *Perge modo, atque hinc te reginæ ad limina perfer.* et ver. 401:

Perge modo, & qua te ducit via, dirige greſſum.

et ibidem,

Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.

Pag. ead. ver. 17: Βοτρυδὸν δὲ πέτονται.] Etiam Virgilius non obſervavit verba præponere adverbiis. ut Æneid. lib. 7:

Nunc age qui Reges Erato.

et lib. 8:

Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.

Pag. 48, ver. 1: Αὖ ἔρυσαν μέν.] Sic Terentius in Andria ſequitur rerum ordinem, dum dicit,

Effertur imus, ad ſepulchrum venimus:
In ignem poſita 'ſt, fletur.

et Virg. Æneid. 11, ver. 858:

Dixit: & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetra, cornuque infenſa tetendit,
Et duxit longe; donec curvata coïrent
Inter ſe capita, & manibus jam tangeret æquis,
Læva aciem ferri, dextra nervoque papillam.

Pag. ead. ver. 9: Πλῆξεν ἀνασχόμενος.] Etiam Virgilius hac ὑστερολογίᾳ uſus eſt: ut Æneid. 1, ver. 178:

* *Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.*

et ver. 175:

Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Pag. 54, ver. 21: Τοῦτο τὸ ςοιχεῖον.] Sic etiam Latini Poetæ, *Gnatus* pro *natus*. Virg. Æneid. ix, ver. 55: *Evandre* pro *Evander*: —*At non Evandre, pudendis Volneribus pulſum aſpicies. Temnere, pro contemnere.* Sic etiam Cicero ſynalœpha uſus eſſe videtur: *Cred' ego vos mirari, &c.* cum hîc nulla eſſe videatur. *Ego omni officio.* Sic *conficere*, pro *facere*: *amârunt*, pro *amaverunt*. Hujus generis ſunt Comicorum etiam

* Nulla eſt in his, ut falſo autumat Bircovius, ὑστερολογία. adi Servium.

etiam verba: *Dic ſodes: &, apage ſis: &, Ædepol, & Æcaſtor.* Etiam hiſtoricorum, *Mehercule, medius fidius.* Sic etiam cùm dicitur, *agier*, pro *agi*: *dicier*, pro *dici*. De transformatione vocabulorum vide Ciceronem in Oratore.

Pag. 58, ver. 10: Ὑμεῖς τε ὦ Λακεδαιμόνιοι] Sic Cicero in Oratore cap. 66, L. Craſſi dictionem transformat, & ex bona malam efficiens oſtendit, quæ vis ſit Collocationis, his verbis: *Ex hoc genere illud eſt Craſſi,* Miſſos faciant patronos: ipſi prodeant. *Niſi intervallo dixiſſes,*—— ipſi prodeant,——*ſenſiſſet profectò effugiſſe ſenarium: omnino melius caderet*, prodeant ipſi. Jam vero, cap. 63, de induſtria ex bono facit deterius: Patris dictum ſapiens temeritas filii comprobavit. *Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus eſt, ut admirabile eſſet. Quæro nonne id numerus effecerit?* verborum ordinem *immuta*; *fac ſic*, comprobavit filii temeritas: *jam nihil erit*

Pag. 60, ver. 14: Εἰ τοῦτον ἐξήνεγκε τὸν τρόπον.] Simili gradatione per negationem Cicero 12. Philip. cap. 3, uſus eſt. *Quid enim, per Deos immortales! poteſt Reipublicæ prodeſſe noſtra legatio? prodeſſe dico? quid ſi etiam obfutura eſt? obfutura? quid ſi etiam nocuit?* Si autem ita protuliſſet, *Noſtra legatio non poterit prodeſſe Reip. immo obfutura eſt, & jam nocuit*, univerſa elegantia corrueret. Similiter 1, Offic. cap. 1, eſt gradatio: *Quamobrem diſces tu quidem à principe hujus ætatis Philoſophorum, & diſces, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* Quod quidem hac ſimplici forma potuiſſet proferre, *Quamobrem tu quidem diſces à principe Philoſophorum hujus ætatis, quamdiu voles, & quoad te, quantum proficias non pœnitebit.*

Pag. 62, ver. 10: Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι.] Sic pleno orbe utitur Saluſtius in bello Jugurthino, cap. 4. *Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratum adeptus ſim; & quales viri idem aſſequi nequiverint; & poſtea quæ genera hominum in Senatum pervenerint: profectò exiſtimabunt, me magis merito, quàm ignavia, judicium animi mei mutaviſſe.* Plenus eſt orbis hujus ſententiæ: verumtamen addidit adhuc duo membra, *majuſque commodum ex otio meo, quam ex aliorum*

aliorum negotiis, *Reipublicæ venturum.* Etiam verbi ſit adjectio; ut apud eundem ibidem: *Verum ego liberius, altiuſque proceſſi, dum me civitatis morum piget, tædetque.* poſtremum verbum additum non ſolum ſententiam pleniorem facit, ſed etiam clauſulam reddit numeroſiorem.

Et Cicero lib. 3, Accuſ. in C. Verrem, *Nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorum injuria detrahi, Populus Romanus habeat: præſertim in tantis ærarii anguſtiis.* hîc ultima verba adjecta ſunt, κατ' ἐπισύναψιν.

Idem lib. 4, Accuſ. in C. Verrem, *Itaque hoc nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neque ſacri, neque religioſi eſſe duxit.* verbum non neceſſarium (*neque religioſi*) adjectum eſt.

Pag. 64, ver. 3: Τί δὲ δὴ τὸ παρ' Αἰσχίνῃ.] Cicero ejuſmodi etiam converſione utitur, rarius tamen propter nimiam illius elegantiam; ut pro Milone:

Quis eos ſervos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius. Unde? ab Appio. Si autem dixiſſet, *Appius eos ſervos poſtulavit, & produxit*, nulla gratia eſſet. Et pro domo ſua, *Dico igitur, & quam poſſum maxima voce dico.* Non haberet autem hanc gratiam, ſi dixiſſet, *Dico igitur maxima voce.*

Pag. ead. ver. 15: Τῆς δὲ Ἀφαιρέσεως τίς.] Cicero in Divinatione, cap. 18, uſus eſt periodo nimis conciſa: *Hic tu, ſi læſum te à Verre eſſe dices; patiar, & concedam: ſi injuriam tibi factam quereris; defendam, & negabo.* dicere ſiquidem Cicero potuit, *defendam Verrem, & negabo tibi eſſe injuriam factam.* Et pro Cornelio Balbo, *Quid eſt, Judices, non ſolùm in legibus poſitum, ſed etiam in privatorum voluntate?* ſi adjeciſſet *poſitum*, nulla eſſet orationis ſuavitas. Periodos ejuſmodi Græci, μειούρους appellant.

Pag. 76, ver. 1: Διαλέκτου μὲν οὖν.] Pronunciationis occulta vis in componendo, μέλος, id eſt, *modulatio*, dicitur. Melos enim eſt modulatio vocis ſuavis, quam intentio facit, & remiſſio, in certis quibuſdam & definitis locis. Hæc intentio aut remiſſio dicitur Græcis διάστημα, Latine ſpatium. Vox autem triplex eſt: Cantus, ſermo, & clamor. Cantus proprie dicitur vox διαστηματικὴ, hoc eſt, *ſpatiis diſtincta*,

quæ

quæ varie reſonando ſurſum deorſumque ſubſiſtit. cernitur non tantum in homine, ſed & in inſtrumentis muſicis. Sermo dicitur vox συγχὴς, *confuſa*. hæc continue & tractim progreditur, ita ut vix ſignato ſpacio, mox continuo recurrat. Clamor autem μέλος non recipit, nec tono comprehenditur. Spatia hæc διαστήματα dicuntur, tonorum quædam rationes & modi. Quæ licet non appareant adeo in ſermone, atque in cantu, ſunt tamen: ſed aliter in ſermone, aliter in cantu obſervantur, ut Dionyſius notat. Intentionem autem, & remiſſionem modulationis ſyllabarum in ſermone, intra diapente, ex quo μέλος naſcitur, metiendam eſſe Rhetores docent. primum ex quantitate: deinde, ex accentu dictionis proprio; tertio, ex natura vocalis argutæ; quartò, ex allocutionis forma, ſeu figura ſententiæ, quæ ſeparatur à dictione. Ex quantitate: nam ſemper longa elevatur, brevis deprimitur. Ex accentu: nam & ſyllabæ breves accentu acuto notatæ elevantur. Ex natura vocalis: nam una vocalis longa, longior aliquando fit ex complexu conſonantium; ſimiliter brevis brevior: ergo elevatur longior magis, quàm ſimpliciter longa. Item vocalis brevis eadem fit aliquando brevior propter complexionem conſonantium: ideo magis deprimenda, quam ſimpliciter brevis. Sed de his aget auctor noſter, cum μέλος in oratione bona explicabit. Porro allocutiones ſuas intenſiones, & depreſſiones habent. Nam interrogatio finalem acuit; ut, *Qua ſpe inimica in gente moraris?* unde eam Varro caſum verbi appellat. Obſecratio circumflectit penultimas, etiamſi breves; ut, *Serva me obſecro.* Sic oratio virilis, commota, religioſa, lamentabilis, varia, flexa, flebilis, ſuavis, intenſa, remiſſa, furibunda, plana, moderata, gravis, magnifica.

Nunc examinemus exemplum Euripidis, quo Dionyſius utitur:

> Σῖγα σῖγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε.
> Ἀπὸ πρόβατ' ἐκεῖσ' ἀπόπροθι κοίτας.

Imprimis dicit tres dictiones Σῖγα, σῖγα, λευκὸν, in uniſono proferri, ſine differentia accentuum: ratio eſt, quia eſt

oratio

oratio virilis cohortans, & habet ab initio ſyllabarum intentionem, unde nec accentus valent. Hæc autem dictio λευκὸν etiam in uniſono profertur: quoniam primæ ſyllabæ longæ ſine accentu, poſterior brevis cum accentu æqualis eſt. ſimiliter & ἴχνος. Hæc autem dictio ἀρβύλης duas poſteriores acuit: quoniam prima ſyllaba eſt ſine accentu, media acuitur, etſi ſit brevis, propter ultimam longam; ultima etiam acuitur, quia longa. Hæc rurſus dictio τιθεῖτε, etſi mediam circumflectit, tamen quia eſt adhortantis vox, duas poſteriores acuit: ſimiliter & κτυπεῖτε. Porro ἀπὸ προβατ' perdit ſuum accentum in πρό. nam dictionis ἀπὸ ultima ſyllaba longa eſt, propter ſequentes conſonantes: πρόβατε autem brevia ſunt; ideò major ratio in elevando longe habenda eſt, quam brevis. Quare ut ex accentu μέλος appareat, omiſſis propriis accentibus, in his carminibus, ubi elevatio aut depreſſio eſſe debeat, ſic annotemus.

Σίγά σιγά, λεύκόν ἴχνός ἀρβύλής τιθείτέ μή κτυπείτέ. ἀπό πρόβατ' ἐκείσ' ἀποπροθι κοίτάς. Hæc ſyllabarum elevatio, aut depreſſio intra ſpatium *diapente* contineri debet. Sed quæ ſyllabæ ſuperius aut inferius ponantur, (nam poteſt ſyllaba longa longior eſſe) quæ ſyllabæ intra *diapente* uno tono eleventur, aut deprimantur, quæ deinde ditono, quæ per quartam, quæ per ſemitonium uſque ad ſummum *diapente*, jam ſcrupuloſioris inveſtigationis eſt. Author tamen noſter infra, cum de vocalibus ſonoris, mediis, & infimis docet, & de conſonantium generoſitate & ignobilitate tractat, annotare videtur locos modulandi ſermonis intra *diapente*. Nam quæ vocales ſonoræ ſupra, quæ minus ſonantes infra ponentur. Hoc idem & de conſonantibus intelligendum.

In Latinis etiam eam modulationem conſideremus exemplis. Terentius in Andria, *Juno Lucina fer opem. ſerva me obſecro.*

Iſta dialectus intra *diapente* non continetur: quia vox clamantis potius muliérculæ eſt, quam dicentis: habet tamen tonos ſuos. Inprimis tres priores ſyllabæ in unitono

proferuntur:

proferuntur: quoniam omnes ſunt longæ, nec prima elevatur, quia eſt oratio erecta. Media in dictione *Lucina* uſque ad quintam elevatur: quoniam vox implorantis eſt, tum quia natura accentum circumflexum habet. Ultima deprimitur duobus tonis & ſemitonio: quoniam eſt brevis natura, longior tamen quam tres illæ ſyllabæ priores: ideo ſuperior erit illis tono. Illa deinde dictio *Fer*, tono inferior eſt primis tribus ſyllabis, atque deprimitur tono ſub *diapente*: quia, ut dixi, magis clamor eſt, quam ſermo, mulierque quam maxime poteſt intendit, & remittit vocem: deprimitur autem adeo graviter, quod neque conſonantes, neque vocalem generoſam habet. Aſſurgit tono dictionis prima ſyllaba, *Opem*, quam poſterior tono ſuperat: quoniam O vocalis generoſa eſt, ſed ſyllaba *pem* longior. Porro tres ſyllabæ ſequentes ſemitono aſcendunt ſupra: inſurgit enim, & molleſcit ſimul oratio. Ultima dictio *Obſecro*, deprimit primam ſyllabam ſemitono, alteram ſemitono eodem elevat, tertiam ſemitono & tono deprimit: quoniam, ut dixi, obſecratio penultimas attollit, etſi breves ſint: unde catalexis illius convenit cum principio.

Illud etiam, (Cic. in Oratore, cap. 49.) *Auratos aries Colchorum*, magnificum & venerandum eſt; quod diatonico genere clauſulam complet. Horatii illud,

Mecænas, atavis edite regibus:

nunc tono, nunc ſemiditono, nunc ditono, progreditur. Illud præterea,

Lydià, díc, pèr ómnés
Té Deós órò, Sybarín cúr próperâs ámándo
Pérderé.

deſcendit ſtatim ditono; frequentiuſque deſcendit, & tonum flectit, cum catalexi ditona. Illud vero,

Scribéris Varió fórtis, & hoſtiúm
Víctór, Mæónìì cármìnìs álitè,
Quám rém cunqúe fèróx návibùs aút èqùìs
Milés, te dùcè géſſerít.

Hîc

Hîc hemitonum ſpatium bis repetit, deinde ſemiditonum & tonicæum, attollens ultimam in catalexi. Sic Cicero in Oratione pro Milone, *Etſi vereor, judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Nam hucuſque progrediens ſyſtema fecit in *diapente:* hinc deſcendit & in eadem chorda hæret; præterquam in penultima hujus membri, quam ſemitonio inflexit, & denique clauſula quievit pentaſyllaba. Ad perfectam autem eorum omnium cognitionem, cognoſcendi ſunt toni, videlicet Dorius, Phrygius, Lydius, Sublydius: qui ſuo more inflectere harmoniam docent. Sed hæc ſcrupuloſius perſequi nimis operoſum.

Pag. 92, ver. 6: Ὁ ἀριθμὸς ᾧ αὐλῶν.] Cum multæ ſint opiniones de numero, & ſufficientia Latinarum literarum, licebit nobis naturam ipſam ſequi, nec plures ſtatuere, quam quot Latini ſtatuerunt. Natura enim diſcimus, ſi principia & originem literarum ſcrutemur, non plures eſſe, quam quas Latini delegere. Quinque vocales A, e, i, o, u: unam aſpirationem, h: quatuor mutas molles, b, d, g, q: totidemque tenues, b, c, t, k: quatuor liquidas, l, m, n, r: unam ſemivocalem ſ. Aliæ autem literæ, ſi quæ ſunt, partim ab his corruptæ, partim compoſitæ, partim ſecundum idioma cujuſcunque linguæ immutatæ, partim Græcæ. Nam f longo tempore Latini caruerunt; nihilque aliud eſt, niſi aſpiratum p. Porro, x, y, z, Græcorum ſunt.

Pag. ead. ver. 17: Ἔστι ᾧ ταῦτα.] Septem vocales Græcorum Latini habent. α Græcum, a Latinum exprimit: ε, Latinum e breve: η, e longum: ο Græcum, o breve Latinum: υ, u commune Latinum: ω, o longum latinum: η enim Græcorum, duplex e e valet, ω autem duplex o o.

Pag. 94, ver. 15: Αὐτῶν ᾧ τῶν μακρῶν.] A longum non tantum apud Græcos, ſed apud Latinos etiam ſonantiſſimum eſt: ut, *fatum amabant.* Cicero Accuſ. 6, *Propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad Aquilonem, infinita altitudine.* Apud eundem (in Tuſcul. Quæſt. cap. 9, lib. 2.) extant è Trachiniis Sophoclis converſa carmina, mira ſuavitate A repetita.

Hæc

Hæc dextra Lernam tætram, mactata excetra,
Placavit: hæc bicorporem afflixit manum:
Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit beluam:
Hæc à Tartarea tenebrica extractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem.

Virgil. Æneid. 9, ver. 50:

Maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.

et lib. 7mo ver. 785,

——*Crinita juba galea alta Chimeram.*

Pag. ead. ver. ult. Δεύτερον δ' τὸ η.] Secundum locum obtinet apud Latinos E longum.

Ovid. *Ut flerent, oculos erudiere ſuos.*

Virg. Æneid. 2:

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

et, *Quæ tantæ tenuere moræ?*—— et, *Incubuere mari.*—— et, *O terque quaterque beati.*

Pag. 96, ver. 2: Τρίτον δ' τὸ ω.] Tertium locum obtinet O longum: Cicero, *Ego omni officio cæteris ſatisfacio omnibus.* Et pro Roſcio, cap. 1: *Credo ego vos, judices, mirari.* Et, *Video P. C. in me omnium ora atque oculos eſſe converſos: video vos non ſolùm de veſtro ac Reipublicæ, verum etiam, ſi id depulſum ſit, de meo periculo eſſe ſollicitos.*

Virg. Æneid. 5. ver. penult.

O nimium cœlo & pelago confiſe ſereno.

Pag. ead. ver. 5: Ἔστι δ' ἧττον τούτου τὸ υ.] Non inferiorem vim habet u Latinorum; ſed tum ſonantius, cum eſt longum: ut Virg.

Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra.

Pag. ead. ver. 7: Ἔσχατον δ' πάντων τὸ ι.] I Latinum, quemadmodum duplex eſt, longum & breve: ita etiam ſuave vel inſuave eſt. I breve minùs ſuave eſt, ut *imitari.* cum longum eſt, ſemper eſt ſonans, & tum præſertim, cum inſignis eſt collocatio: ut Virg. Ecl. 8. ver. 41:

Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error!

In *perii* tantam vim habet littera I, ut ab inſequente u non ſit abſorpta.

Pag. ead. ver. 10: Τῶν δὲ βραχέων.] E Latinum breve, minus aures ferit: O autem breve laudatur magis, propter ſonum pleniorem & rotundiorem. Exemplum e brevis apud Ciceronem in Tuſc. *Neque te mei miſeret, ſurge & ſepeli natum.* Et Virg. Æneid. 1:

Contigit oppetere.

Pag. 98, ver. 24: Ἡδύνει μὲν τῶν ἀφώνων τὸ λ.] Littera L ſuavis eſt. ut Virg. *Qui legitis flores.*
et Æneid. 8. ver. 140:

At Majam, auditis ſi quicquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui ſidera tollit.

Contrariam autem naturam l & r obtinent. Nam ut r aſperum quid, ita l humile denotat. ideo res humiles litera l deſignat. ut, *Labella, tenella, mollicellum, ſuaviolum.* Virg. *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* et Catullus, *Turgiduli ocelli.* Virg. *Si quis mihi parvulus aula Luderet Æneas.* Autor ad Heren. lib. 4: *Qui tuo nomine velis ex aliorum laude libare laudem.*

Pag. ead. ver. penult. Μέσως δὲ πως.] M adhibetur, ubi res magna vel machina deſcribitur: Virg. 1. ver. 61. *Molemque & montes inſuper altos.* Propter mollitiem autem apud Latinos contrahitur: quanquam ſuam gravitatem retinet.

Pag. 100, ver. 1: Ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ σ.] Ideo propter frequentem repetitionem *S*, non ſatis illa Ciceronis initio Topicorum congruunt: *Majores nos res ſcribere ingreſſos, C. Trebati, & iis libris, quos brevi tempore ſatis multos edidimus, digniores, è curſu ipſo revocavit voluntas tua.*

Quanquam animadvertitur, quoties moderate ſumitur, neque mollem, neque barbarum ſonum efficere: ſuavis enim verſus ille 1 Georg. ver. 389:

Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

et ille virilis, Æneid. 5, ver. 46:

Annuus exactis completur menſibus orbis.

Pag. ead. ver. 9: Τελῶν δὲ τῶν ἄλλων.] Ψ litera apud Latinos non eſt, nec ζ: fulciunt tamen hæc duo elementa imitationem, quæ à ſimilibus literis fieri ſolet. Nam una quæpiam vox in qua ζ ſit, adjuncta aliis ubi *S* repetitur, illam

illam adjuvat. ψ vero, etſi non eſt apud Latinos, tamen ejus ſonum imitatur ſyllaba ex duabus conſonantibus *P S.* ut Æneid. 1, ver. 114: *Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus.* Cum autem eſt vehemens aliquid exponendum, non *P S* rectum ponitur, ſed etiam inverſum: ut, Æneid. 7, ver. 568: *Hic ſpecus horrendum, ſævi ſpiracula Ditis.* Ζ autem Virg. uſurpat: ut, *Troja gaza per undas.* et, *nemoroſa Zacynthos.* et, *Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* *X* etiam non inſuave. ut *Ovid. Xanthe retro propera.* et, *Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.* Virg. Æneid. 1, ver. 473.

Pag. 102, ver. 5: Τῶν δ' καλϐμένων ἀφώνων.] Mutæ quia per ſe ſonare non poſſunt, hoc nomen ſortitæ ſunt. Harum omnium natura eſt, ut linguam inter pronunciandum remorentur, & quaſi cum faſtidio ſine labore quodam vocum pronunciationem efficiant. Latini autem carent mutis, quæ referant χ & ϑ: quanquam loco χ, utantur c cum aſpiratione: ut, *Achaïca caſtra.* Et θ fit apud Latinos ex *T* & aſpiratione; ut, *thorus, thalamus.* Additur vocalis *V* conſonans facta, quæ etiam mutæ naturam referre videtur. Habent autem & apud Latinos ſimilitudinem inter ſe mutæ. Nam β π φ, ſunt inter ſe ſimilia, tenuitateque & denſitate differunt. Latini autem *b p f* habent: aliquando *p* cum aſpiratione ponunt, & referunt Græcorum φ. Deinde γ κ χ Latinis efferuntur per g c & ch. Tantam autem ſimilitudinem inter ſe G & C, habent, ut altera in alteram tranſeat: ut, *Gurgulio Curculio.* Immo & pronunciationis ſimilitudo fallit aliquando aures; ut, *Longa canoros*, et, —*Pelago confice.* et, — *Grates perſolvere.* et, — *Umbonum crates.*— Quod apparet itaque in illo lib. 4 Georg. ver. 35. *Nam frigore mella Cogit hyems.* Eandem autem vim concedere poterimus ipſi C, quæ eſt G. diſcrimen tamen eſt inter hæc duo elementa, quod cum G pronunciamus, lingua verſùs interiorem partem retrocedit, & ſonum ipſius C quodammodo aſperat. C vero etiam ſi palato proferatur, non tamen lingua intus coit: ex qua retroceſſione, fieri remorationem putandum eſt. Quoniam autem G & C ſimilia

 ſunt,

ſunt, Q autem pariter ſimile eſt ipſi C: ſequetur inter Q & C eſſe etiam convenientiam. Solum intereſt, quod Q V vocalem ſemper quærit, & hoc facit ſonum etiam paullo differentem. Verum ubi poſt G etiam V ponitur: vix agnoſci poteſt pronunciationis diſcrimen, ut, *linguam*, & *linquam*. Verum, quod Q ſimilis ſit ipſi C, ex eo colligere licet, quia nonnulla ſunt nomina, quæ in inflexione partim per Q, partim per C, variantur: ut, *Quis*, *quem*, *cui*, *cujus*, Et verba, ut, *Sequor*, *ſecutus*; *alloquor*, *allocutus*. Hinc aliqui *Quotidie* ſcribunt; alii malunt *Cotidie*. quidam *Quum*, alii *Cum*. Præterea δ τ θ Græcorum, referunt Latinorum d, t, th. Quæ autem hîc ab authore obſervantur de qualitate harum conſonantium, etiam apud Latinos obſervari poſſunt.

Pag. 104, ver. 19: *Ἔϛαι δὲ τοῦτο φανερόν.*] Hoc idem apud Latinos obſervatur, apud quos brevibus ſyllabis ſunt breviores, & longis longiores. Nam *E* in dictione *Ego*, brevis eſt: ſi addideris *r*, & dicas *rego*, eſt quidem brevis, non tamen ſimiliter. tum ſi adhuc addas unam conſonantem, & dicas *tremo*; jam plus eſt additum: quòd ſi dicas *Strepo*, prima ſyllaba eſt longior, quam illa quæ breviſſima eſt. Similiter longa eſt prima τοῦ *Ora*: longior eſt *Os*, longior hac *dos*: porrò longiſſima *Glos*: quòd ſi dicas *Scrobs*, * omnes illas ſuperabit. Ejuſdem itaque legis non eandem quantitatem ſyllaba retinet, ſed longior breviorque fit additione detractioneque conſonantis, quæ vocalem præcedit. Nec immerito Græci non à ſequente, in pleriſque quantitatem, ſed à feriente vocalem litera metiuntur: conſiderantque, non quanta ſit vocalis, ſed quæ majoris ponderis & ſoni. Inde A. Gellius (lib. 9, cap. 6) minus intellexit, quid Grammatici doctiſſimi de duobus hiſce verbis, *Dictito* & *Actito*, pronunciarunt: quia non originis, aut conjugationis proculdubio rationem haberi voluerunt, ſed literarum. Nam in *Actito* latioris literæ hiatus, primam ſyllabam diutius retinet ac remoratur: in *Dictito*

* Parum recte. quia litera o in voce *ſcrobs*, brevis eſt: ut videmus ex obliquis caſibus.

Dictito autem, (quandoquidem linguæ plectrum, eodem modo actum, eódem recutit, cumque ejuſdem literæ ſono in eodem ſitu reperitur) ſine mora, & celeri ſeu frequenti motu ſyllabam confecit. Quare longam dixerunt primam in *Actito*, brevem in *Dictito*: non quòd brevis hæc ſit, & unius temporis ſyllaba, quæ poſitione producitur duarum conſonantium: ſed non ita longa, atque alia eſt. Quare non tantum literarum coitione augeſcunt ſyllabæ, aut decreſcunt: ſed etiam ipſa vocalium naturâ, uti oſtendimus.

Pag. 110, ver. 4: Ἐπὶ μὲν προσηνέμων.] Sic Virgilius extendit ſyllabas, frequenti O, rerum extenſionem imitatus: ut, Æneid. lib. 4:

Et fœmineo ululatu. et Æneid. 3, ver 672,

Clamorem immenſum tollit: quo pontus, & omnes

Intremuere undæ. et Æneid. 5, ver. 245:

Victorem magna præconis voce Cloanthum.

Jam vero illud in Græco ἐρευγομένης vehementiam & impetum undarum ſignificat. ρ enim celeritatem notat: Sic Virg.

Intremuere undæ. et lib. 1, Æneid. ver. 117: —— *Rapidus vorat æquore vortex.*

Pag. ead. ver. 8: Ἐπὶ δὲ τοῦ τυφλουμένου.] Doloris magnitudo, & ponderis gravitas oſtenditur ab Homero dictione στενάχων. Nam ε gemitum ſignificat & dolorem: ut, Æneid. 2. ver. 69:

Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt

Accipere?

Gravitas ponderis exprimitur verbis illis, Χερσὶ ψηλαφόων. ρ enim & σ coire non poſſunt; unde mora quædam in allevando pondere. Sic Virg. Æneid. 3, ver. 566, gravitatem percuſſionis expreſſit his verſibus,

Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere:

Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

P vero ſignificat perſeverantiam ſive ſtudii ſive mandati; nam non violento motu fertur. ut, Æneid. 4, ver. 238,

—Ille patris magni parēre parabat Imperio.

Ubi

Ubi vero ipſi σ admiſcetur, quædam aſſiduitatis compreſſio, atque agitatio denotatur. ut, Æneid. 1, ver. 114,

Ipſius ante oculos, ingens à vertice pontus,
In puppim ferit.

Pag. ead. ver. 15: Οὐδ' εἴ κεν μάλα.] Celeritatem dactylis expreſſit Homerus. Virg. Æneid. 4, de eodem Mercurio,

——Turbida tranat
Nubila: jamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri.

Pag. ead. ver. 17: Χρόνε μῆκος.] Temporis longitudo. ut, Virgilius, Æneid. 1, ver. 272,

Hic jam tercentum totos dominabitur annos. vocali O diduxit temporis ſpatium. Et Æneid. 3, ver. 284:

Interea magnum ſol circumvolvitur annum.

Pag. ead. ver. 18: Σώματος μέγεθος.] Corporis magnitudo. ut, Virg. Æneid. 7, ver. 783,

Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus. Nam ipſo *P* quaſi plauſum quendam facit, & *I* elevationem.

Pag. ead. ver. 18: Πάθους ὑπερβολήν.] ut, Æn. 9, v. 176,

Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa. Et gaudii magnitudo celeritate carminis lib. 7, ver. 122, Æneid. exprimitur:

Hic domus, hæc patria eſt. genitor mihi talia, (namque.

Pag. 112, ver. 1: Ἀμβλύδην.] Dolor per ſyllabam βλυ, & vocales ο ο ω, exprimitur. Sic Virg. 9 Æneid. ver. 477, litera *L* dolorem notat, & gemitum per vocales e, o, u: ut,

Evolat infelix, & fœmineo ululatu, Sciſſa comam.

Pag. ead. ver. 3: Ἡνίοχοι.] Exemplum de equis Achillis. Sic Virg. Æneid. 12, ver. 469,

Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longe lapſum temone relinquit.

Pag. ead. ver. 17: Ῥοχθεῖ γὰρ μέγα] Sic Virgil. Æneid. 1. ver. 108, fluctum frementem exprimens, utitur litera r:

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet.

Pag. ead. ver. 18: Αὐτὸς δέ.] Similiter Virg. de columba, Æneid. 5, ver. 512:

Illa

Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.

Pag. 114, ver. 1: Αἰγιάλῳ] Sic Virg. lib. 1, ver. 107, tempeſtatem furentem exprimit,

——His unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit. furit æſtus arenis.

Pag. ead. ver. 2: Σκέπτετ.] Virg. lib. 5, ver. 438,

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Pag. ead. ver. 6: Ὑφ᾽ ὧν ἐδιδάχθημεν.] Animalibus voces ita attributæ ſunt, ut naturam eorum exprimere videantur. Unde cervorum eſt, *bardire & rugire.* Gloſſ. * ἔλαφος κράζει, *bardit & rugit.* Varro Aboriginibus: *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat, grunnit ſus: tepido lacte ſatur molâ mactatus porcus.* Ælius Spartianus in Getæ vita: *Familiare illi fuit has quæſtiones Grammaticis proponere, ut dicerent, ſingula animalia quomodo vocem emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt, urſi ſæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, aſini rudunt, tauri mugiunt.* Sic etiam dices, *hirundines fritinnire, corvos crocitare, turtures gemere, lupos ululare:* ut & caninum genus, cui etiam attribuitur *nictare, latrare, gannire, hirrire, ringere: aſini rudunt,* hirci *hirquitalliunt, ganniunt* vulpes, cygni *drenſant,* anſeres *gingriunt,* cameli *blaterant,* gallinæ *glociunt & glocitant,* miluï *jugerunt,* grues *gruunt,* minutæ aves *minuriunt:* ut Feſtus docet.

Pag. 116, ver. 19: Ἡ δ᾽ ἴεν ἐκ θαλάμοιο.] Sic Virg. Æneid. 1, ver. 496:

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit, magna juvenum ſtipante caterva.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros.

et Æneid. 12, ver. 67,

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur, aut miſta rubent ubi lilia multa
Alba roſa: tales virgo dabat ore colores.

Pag.

* Andreas Schottus Obſervat. Poet. lib. 2, cap. 51, ἐλέφας legit. quamobrem non video. Gloſſarium conſule.

Pag. 118, ver. 3: Σμερδαλέ@ δ'.] Sic Virg. Æneid. 12, ver. 332,

Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos. et,
Iræque Inſidiæque, Dei comitatus aguntur.

et, 10, ver. 591,

Quem pius Æneas dictis affatur amaris.

et, Æneid. 8, ver. 433,

Parte alia Marti currumque rotaſque volucres
Inſtabant; quibus ille viros, quibus excitat urbes:
Ægidaque horriferam turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquammis ſerpentum, auroque polibant,
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

Pag. ead. ver. 10: Ὡς δ' ὅτε χειμάῤῥοι.] Virg. Æneid. 10, ver. 603,

——*Torrentis aquæ vel turbinis atri*
More furens,

et, Æneid. 2, ver. 496,

Non ſic, aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitaſque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

Pag. ead. ver. 16: Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα.] Sic Virg. Æneid. 10, ver. 305, de nave Tarchontis,

Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:
Fragmina remorum quos & fluitantia tranſtra
Impediunt, retrahitque pedem ſimul unda relabens.

Pag. ead. ver. penult. Σὺν δὲ δύω μάρψας.] Virg. Æneid 3, ver. 623,

Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieque adſperſa natarent
Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.

et, Æneid. 1, ver. 44,

Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.

Pag.

Pag. 122, ver. 4: Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως.] Sic Virg. Georg. 4, ver. 334,

—— Eam circum Mileſia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore:
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla:
Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores:
Clioque & Beroe ſoror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ;
Atque Ephyre, atque Opis, & Aſia Deïopea;
Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.

et Æneid. 2, ver. 261,

Theſſandrus, Stheneluſque duces, & dirus Ulyſſes,
Demiſſum lapſi per funem, Acamaſque, Thoaſque,
Pelideſque Neoptolemus, primuſque Machaon,
Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epëos.

et lib. 7, ver. 710,

Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ:
Qui Nomentum urbem, qui Roſea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum,
Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Hymellæ:
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida miſit
Nurſia, & Hortinæ claſſes, populique Latini:
Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Pag. 124, ver. 19: Λέγε δὲ σύ.] Simile carmen ex pyrrhichiis apud Marium Victorinum lib. 3:

Id agite, peragite celeriter.

Pag. 126, ver. 4: Ποίαν δῆθ' ὁρμάσω.] Sic ille verſus Ennii ex puris ſpondeis:

Olli reſpondit rex Albaï longaï.

et Lucretii lib. 6, ver. 1133,

* *An cœlum nobis naturam intro corruptam.*

Pag.

* Varie hic verſus legitur: quem Faber ita exhibet,
An cœlum nobis ultro natura cruentum.

Pag. ead. ver. 11: 'Επεὶ σχολή.] Horat. Epod. 2,

Beatus ille, qui procul negotiis.

Pag. ead. ver. 13: Θῦμε θῦμ'.] Exemplum trochæorum erit in illo carmine Marii Victorini, lib. 1:

Roma, Roma cerne, quanta ſit Deûm benignitas.

et lib. 2,

Phæbe, tu lyra ſonante, flecte corda, cum ſorore canticiſque.

Pag. ead. ver. ult. Βρέμιε δορατόφορε.] Apud eundem ſunt tribrachi, ſeu proceleuſmatici, in his:

Nemus ave reticuit, ager homine ſonat.

item,

Perit, abit avipedis animula leporis.

Pag. 128, ver. 6: Ὦ Ζηνός.] Moloſſi in hoc carmine apud eundem, eodem libro:

Ite ô Parcæ primores fauſtæ, nunc Parcas ducentes.

Pag. ead. ver. 12: Ἴακχε διθύραμβε] Sic illa apud Virgil. Ecl. 8, ex Amphibrachis conſtabunt,

——*Ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*

Pag. ead. ver. 17: Βαρύ μοι.] Cicero anapæſtis utitur,

Tibi cauſam aliquam reditus darem.

purum anapæſticum apud Marium Victorinum tale eſt:

Nitet aurea purpurea Veneris coma roſcida, lactea cervix.

Pag. ead. ver. ult. 'Ιλιόθεν με.] Ex dactylis illud Virg. Æneid. 9, ver. 503, conſtat:

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.

et illud Georg. lib. 3. ver. 284,

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Pag. 130, ver. 16: Οἱ δ' ἐπείγοντο.] Sic Cretici apud Terentium in Andria, Act. 4, Sc. 1, ver. 8, licet quarto in loco reſolvatur:

Tum coacti, neceſſario ſe aperiunt: et timent.

Pag. ead. ver. 17: Ἐὰν οὖν τὴν ἀρχήν] Rufinus de metris Comicis: *Ful. Cariſius de numeris Comicis ſic dicit, Bacchium metrum tale eſt:*

Bacchare, lætare, præſente Frontone.

Porro exemplum Antibacchii habes apud Marium Victorinum lib. 2, in hoc carmine; ſed tantum in primis tribus pedibus;

Ab

Ab Euro ſonorum, quis Ætnæ per maria.

Pag. 134, ver. 20: Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε.] Apud Livium primam periodum elegantiſſimam dicere poſſumus, propter pedes ex quibus conficitur elegantes. Nam etſi quidam non admodum videantur exornare orationem; tamen adeo quorundam bonitate vincuntur, ut non appareant. Eſt igitur principium hiſtoriæ ejus:

Facturuſne operæ pretium ſim, ſi à primordio Vrbis res Populi Romani perſcripſerim; nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui quum veterem tum vulgatam eſſe rem videam, dum novi ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.

Periodus hæc elegantiſſimis pedibus conſtat. Primum membrum duodecim pedes continet. Primus eſt ſpondeus, gravis & honorandus: alter (* non colliſis vocalibus) dactylus pulcher & ſplendidus: tertius amphibrachys, qui mollis quidem, ſed à ſequenti hypobacchio, qui gravis & magnificus eſt, excipitur, duobus ſpondeis conſequentibus, cum hypobacchio, deinde & ſpondeo. ſequitur deinde anapæſtus, quem venerandum, & amplitudini aptiſſimum dixit Dionyſius: hunc duo ſpondei, cum ultimo Cretico, quem generoſum author docet, conſequuntur. Alterum membrum, *Nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam, dicere auſim.* Hic quinque pedes contineri videas. Primus eſt Creticus, alter hypobacchius, tertius Creticus, quartus dactylus, quintus ſpondeus. Ad finem periodi, viginti quatuor pedes numerantur, omnes elegantes, quarto decimo excepto. Horum primus eſt Creticus, alter dactylus: tum duo ſpondei; quintus Bacchius, qui virilis cenſetur, ſextus dactylus cum ſpondeo ſeptimo; octavus hypobacchius, cum quatuor ſequentibus ſpondeis: tertius decimus eſt Bacchius: quatuor decimus tribrachys, ſed à quinque ſpondeis ſequentibus obſcuratur: vigeſimus, & vigeſimus primus ſunt hypobacchii, vigeſimus ſecundus eſt dactylus, vigeſimus tertius eſt moloſſus,

* Male. colliduntur enim vocales; quemadmodum multi annotarunt; ut fit heroici carminis hemiſtichium, *Facturuſne operæ pretium ſim.*

loſſus, ſummæ dignitatis & amplitudinis: ultimus ſpondeus.

Pag. 136, ver. 25: Ἔργῳ μὲν ἡμῖν.] Salluſtius in bello Catilinario, *Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora; quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Periodo hac viginti tres pedes continentur: Primus ſpondeus, alter anapæſtus, tertius ſpondeus, quartus Creticus, quintus Bacchius, ſextus dactylus, ſeptimus anapæſtus, octavus hypobacchius, nonus dactylus, decimus Bacchius: undecimus cum duodecimo ſpondei, decimus tertius amphibrachys: hunc ſequitur ſpondeus, quem denuo duo amphibrachii. Hìc quoque nullus pes eſt, qui gravitatem orationis impediat. Rufinus lib. de metris Comicis, *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianæ periodi numeros inſpiciamus.* Res popu- *dactylus* | li Romani Marco, *tres ſpondei* | Lepido, *anapæſtus* | Quinto Catulo, *ſpondeus*, *& anapæſtus* | Conſulibus, *Pæan primus* | ac deinde, *dichoreus*, *ſive ditrochæus* | militidactylus | æ & domi, *Creticus* | geſtas, *ſpondeus* | compoſui, *choriambus, ex longa & brevi, brevi & longa.*

Pag. 138, ver. 20: Ἢ παρέλασσεν.] Adhibet carmen Homeri ex Iliad. ψ. quod etiam Vir. 5, Æneid. ver. 325, expreſſit, *Tranſeat elapſus prior, ambiguumque relinquat.*

Pag. 140, ver. 6: Ἑνὸς ἔτι παρθήσομαι.] Demoſtheni Ciceronem opponamus, qui orationem poſt reditum in Senatu, à graviſſimis pedibus inchoat. Ejus itaque prima periodus eſt; *Si, Patres conſcripti, pro veſtris immortalibus in me, fratremque meum, liberoſque noſtros meritis parum vobis cumulate gratias egero.* In hoc primo membro pedes præſtantiſſimi quindecim ſunt. Primi tres moloſſi, quartus ſpondeus, quintus dactylus, hunc ſequitur ſpondeus cum Bacchio, mox amphibrachii duo, quos excipit ſpondeus cum anapæſto: rurſus * amphibrachys cum hypobacchio, ad extremum duo Cretici. Alterum membrum: *Quæſo, obteſtorque, ne meæ naturæ potius, quam magnitudini veſtrorum beneficiorum,*

* Perperam *vobis* omiſerat Bircovius: hic ergo amphibrachys conficitur ex *parum* & prima in *cumulate*.

rum, id tribuendum putetis. In hoc membro ſunt pedes tredecim: primi duo ſpondei, tertius Creticus, quartus hypobacchius, quintus Bacchius, hunc ſequitur hypobacchius, mox Creticus cum hypobacchio, hunc ſequitur Bacchius: decimus eſt tribrachys, ſed bonitate aliorum pedum obſcuratur; undecimo loco ponitur Creticus, duodecimo anapæſtus: hos claudit dichoreus, familiaris Ciceroni. Sic in oratione pro Milone, *Etſi vereor, Judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Primus pes ſpondeus eſt, ſecundus anapæſtus, ſpondeo par intervallo, non ſyllabis: tertius amphimacer, utroque gravior: quartus rurſum ſpondeus: quintum locum tenet iambus, ſexto loco ſpondeus, ſeptimo iterum amphimacer: octavo iambus ſecundus: nono amphimacer tertius: decimo tertius anapæſtus, omnes pedes nobiles, & generoſi.

Pag. 142, ver. 11: Οἷς ὃ μὴ ἐγένετο.] Quod Dionyſius in Hegeſia oſtendit exemplum ineptæ collocationis, etiam in Latino hiſtorico Hegeſippo oſtendi poteſt, quanquam in alio affectu. Nam apud hunc equis diſtrahitur rex vivus: apud illum autem mater deplorat filium, quem putavit interfectum. Hunc ergo affectum ita deſcribit lib. 5, de excidio urbis Hieroſolymitanæ, Cap. 23:

Comperto mater filii ſui vulnere, & inſultantium latronum conſternata vocibus, mortis ejus formidinem ſimul & fidem induit. miſerabiliter quoque deplorare occœpit, ad hos fructus fœcunditatis ſe reſervatam, ut nec officio viventis filii potiretur, nec ſepeliret defunctum Voti quidem ſui fuiſſe, ut ipſe potius matri ſepulturam daret: inter ejus manus ſupremum exhalaret ſpiritum Ille frigidos artus deficientis foveret: ille ultimos ore anhelitus legeret: ille oculos morientis clauderet; ille ſpirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, ſolatium fuiſſe, ſi vel ipſa intereſſe potuiſſet filii morientis ſupremis. Miſerabili quidem ſorte, ſed tolerabili tamen, ut quem ſuperſtitem optaverat, ejus vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, ſpectare mihi mea funera liceat: & ſi contingere non licet, utinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto deſtituta filio? Quid pertimeſcam, cui beneficium eſt mori? utinam in

me

me tela ſua omnes contorqueant, omnes gladio me transfigant: quod vivens non potui, ſaltem filii mei corpus veſte mea protegam. Abundat unius veſtimentum ad ſepulturam duorum: & fortaſſe quiſquam hoſtium miſerebitur, ut amictu filii matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque ſe ad muros, cœlum ipſum miſerabili queſtu replebat. Inſultabant ſui, flebant Romani: apud ſocios crudelitas, apud hoſtes miſericordia. Figite (*inquit*) me, ſi qua eſt pietas; ego genui, quem perſequendum putatis. Ego infelicia ubera dedi; me extinguite, ſi de illo vindictam quæritis. Eundem affectum Virgilius quanta ſuavitate protulerit, lib. Æneid. 9, ver. 473, legenti conſpicuum erit.

Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruit, matriſque adlabitur aures
Euryali. at ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa.
Evolat infelix, & fœmineo ululatu,
Sciſſa comam, muros amens atque agmina curſu
Prima petit. non illa virûm, non illa periclî
Telorumque memor: cœlum dehinc queſtibus implet.
Hunc ego te, Euryale, aſpicio? tune ille ſenectæ
Sera meæ requies? potuiſti linquere ſolam,
Crudelis? nec te, ſub tanta pericula miſſum,
Adfari extremum miſeræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis
Alitibuſque jaces! nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.
Veſte tegens; tibi quam noctes feſtina dieſque
Urgebam, & tela curas ſolabar aniles.
Quo ſequar? aut quæ nunc artus, avolſaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc ſum terraque marique ſecuta?
Figite me, ſi qua eſt pietas; in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli. me primam abſumite ferro:
Aut tu, magne pater divom, miſerere, tuoque

Inviſum

Inviſum hoc detrude caput ſub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concuſſi animi, mœſtuſque per omnes
It gemitus.

Pag. 148, ver. 14: Ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα.] Eundem affectum Virg. expreſſit lib. 2. Æneid. ver. 268:

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono divûm gratiſſima ſerpit.
In ſomnis, ecce, ante oculos mœſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus;
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore; qui redit exuvias indutus Achillei,
Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes!
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios.

Pag. 156, ver. 3: Ἡ δὲ πεζὴ λέξις.] Numerum atque concentum ad amuſſim examinari, veteres in ſolo carmine & poëmate voluerunt, non item in ſermone. Cauſa fuit, quoniam in illis totum hoc quærebant, quod Græce dicunt ἐμμελὲς & ἔρρυθμον. In oratione itaque ſoluta, non cernitur hæc harmoniæ perfectio: ſed tamen obſcure adhibetur. Hæc diligentia cum commendetur à Dionyſio in Græcis, in Cicerone etiam obſervari poteſt. Proponamus igitur loco exempli verba hæc, ex oratione pro Milone: *Eſt enim, judices, hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* In hoc exemplo quatuor *metaboles* concinnitatis partes obſervare poteris, ſi paullum ordinem mutaveris: erit enim ſtrophe, *Hanc non didicimus, accipimus, legimus:* ſequitur antiſtrophe, principio ſimilis, *Verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* poſtea ſequitur extenſio, *Ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed*

imbuti

imbuti ſumus. clauditur epiphonemate, tanquam epodo, *Hæc enim lex, judices, non ſcripta, ſed nata eſt.* Hujus ergo loci in hunc modum diſpoſita concinnitas, quatuor *metaboles* partes habebit manifeſtas.

Pag. 160, ver. 8: Ὁμολογεμένυ δὴ παρά.] Decorum poſitum eſt, vel in ſermone moribus perſonæ idoneo, ſcilicet ut temere loquatur puer, ſollicite mater, perturbatus exclamet: ut, Æneid. 2, ver. 66:

Namque, ut conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere?

vel in apta compoſitione verborum, quaſi res ipſa ante oculos habeatur: non ſolum enim perſonæ moribus neceſſe eſt convenire dictionem, ſed etiam rebus.

Pag. 162, ver. 5: Ὃ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος.] Hoc idem πρέπον in Virgilio videre poſſumus. Examinemus enim eadem forma aliquot exempla, & primo ex lib. 2, Æneid. ver. 237:

—Scandit fatalis machina muros
Fœta armis.

hic quaſi oculis tarditas illa primum ſpondei, deinde moloſſi, & literarum ἀντιτυπία trahentium conatum, ipſiuſque machinæ pondus & reſiſtentiam oſtendit. *Scandit fatalis,* hîc videtur vix poſſe ſubduci: deinde quaſi in declive aliquod protracta, paullulum decurrit dactylo & ſpondeo, *Machina muros.* Rurſum reſiſtens, ut fieri ſolet, ſuccumbentibus molliter viribus hominum, ſubſiſtit etiam, *Fœta armis.* nec tantum ſubſiſtit ratione pedum, ſed etiam laſſitudinem trahentium, interceptionem ſpiritus colliſione vocalium expreſſit. Item illud, quod ſequitur,

Illa ſubit, mediæque minans illabitur urbi.

Hîc ſyllaba *Nans*, veluti pendentem, & tanquam ſuſpenſam anteriorem partem equi oſtendit. Nam literæ *N* natura ſurſum ſpiritum trahit, & linguam palato ſuſpendit: tum quies inter hanc & ſecundam dictionem, motum dirimit,

ut

ut paullulum ex eo loco proſpectaſſe urbem totam undique arbitreris. Jam poſt parvam quietem, ſtatim illa machina prona ruit: *Illabitur urbi.* Hic ergo pedes exprimunt rei naturam. Quomodo vero litteræ exprimant naturas rerum, apud eundem multis locis notari poteſt. et primum in illo, Æneid. 10, ver. 336:

Et jacit: illa volans clypei tranſverberat æra.

Nam tres ſunt in hoc verſu varietates, à totidem rebus. Primo enim jactus eſt, qui per *T* repræſentatur, quia conatum oſtendit: deinde volatum exprimit, qui per *L* literam ſæpius inculcatam notatur: poſtremo, eſt armorum tranſverberatio, qui motus, quia eſt in re dura ferrea, ideo per literam *R* exprimitur. Item lib 2. Æneid. ver. 304, multam vocum aſperitatem, multumque horrorem in iis quæſivit, quæ natura ſic erant:

In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata læta, böumque labores;
Præcipiteſque trahit ſylvas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Hic plures ſunt renitentiæ aſperitates, quam dictiones. *Flamma furentibus Auſtris: Torrens rapidus:* omnia hæc aſpera ſunt, & furorem imitantia: *Montano* vaſtum: in *Flumine* prima ſyllaba inſuavis eſt. *Sternit* aſperum eſt, cum natura caninæ literæ, tum *antitypiâ* ejuſdem cum *N. Agros ſternit*, aſperum. *Sternit ſata læta*, diſyllabæ dictiones tres, duæ vaſtæ, una aſpera. *Boumque* mugitum refert, & ſonitum, quem inter montes referunt *cataclyſmi. Præcipiteſque*, hîc eſt rictus caninæ literæ, nulla vero conſonans ſuavis, aut liquida mixta: quin etiam ipſæ vocales ſtridulæ, minimumque jucundæ ſunt. *Trahit ſylvas*, *antitypia T* & *S*, *L* & *V* conſonantis, & pluſquam agreſtis expreſſa natura ſemivocali *S.* quæ ſequuntur, non tam horrida videntur, quam affecta. *Stupet* enim brevitate ſyllabarum & tenuitate conſonantium, ac vocalium ingratitudine, ſpiritum tanquam defeciſſe docet paſtoris illius, quem ſolitudo etiam deterrebat.

Inſcius alto, ſuavius eſt, & dignum miſericordiâ. Sic & mœſtum, quod ſequitur, ob vocalium triſtitiam. *Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* Aliud exemplum ex eodem lib. 2, Æneid. ver. 172:

Vix poſitum caſtris ſimulachrum; arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, ſalſuſque per artus
Sudor iit. terque ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, permamque ferens haſtamque trementem.

Hæc non tam à Sinone dicta quàm timore & horrore ſignata eſſe videntur. Sic Cicero in Miloniana cap. 10. exiguas voces accumulans, muliebrem certe moram expreſſit: *Pauliſper, dum ſe uxor, (ut fit) comparat, commoratus eſt.* Dionyſii exemplum (ex Homero allatum) refert illud Virg. lib. 6, *Saxum ingens volvunt alii.* Nam denſitatem conſonantium inſuavium habet: canina ſiquidem litera in principio ponitur *S*; *A* vero amplitudinem habet: eliſio vero hiatum, & defatigationem deſignat: *antitypiam* vero, *S* & *V* conſonantes.

Pag. 178, ver. 13: Ποιητῶν μὲν ὁ Πίνδαρος.] Quæ in Pindari ode obſervavit Dionyſius; eadem obſervari poſſunt in illa Horatii Ode 12, Carm. lib. 1:

Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri
Tibia ſumes celebrare, Clio?
Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago.

Hîc ſunt duo membra, duobus verbis clauſa. Primum membrum habet nomina appellativa quinque, unum adjectivum, præpoſitiones duas, infinitum unum. omnia appellativa aſpera. Nam *virum*, *heroa*, *lyra*, *acri*, propter frequens *R*, caninum quendam, & aſperum ſonitum faciunt. *Tibia*, propter repetitum *I*, motum ſignificat. Jam *ſumes* ingratum propter ſibilum, & *V* vocalem, & *M* quod os claudit. *Celebrare* vero, propter mutam & liquidam *B R*, aſperum. *Clio*, propter vocalium concurſum, ingens. Alterum membrum duo nomina ſubſtantiva habet, unum epitheton cum relativo, & unum verbum: quæ etſi ita grandia

dia non ſunt, tamen ἀντιτυπίαν habent. Hæc de ſingulis verbis. Jam conjunctio verborum habent *antitypiam*. Nam *Quem virum*, propter *M* & *V* conſonantes, quæ in unam ſyllabam coire non poſſunt, *antitypiam* faciunt. Conjunctio *aut*, hiat propter eliſionem: *Heroa* amplum, propter vocalium διαίρεσιν, & amplitudinem: *Lyra*, *vel acri*, propter *I* & *A* repetitum, amplum eſt: & *ſumes celebrare*, propter *S* & *C*, *antitypiam* habent, & ſilentium inferunt: *Clio*, hiatium refert.

Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago.

Habent ἀντιτυπίαν *M D*: deinde *M* & *C*, poſtea *S R*, poſt *T* & *J* conſonans. *Nomen imago*, propter *O* repetitum, & *A* penultimum, magnificam orationem habet.

Pag. 188, ver. 21: Θουκυδίδου δ' ἀμβανέσθω] Apud Salluſtium, in principio belli Jugurthini, ſummum dicendi genus & collocationis neglectum obſervare licebit. Verba illius ſunt: *Bellum ſcripturus ſum, quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum geſſit: primum, quia magnum & atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obviam itum eſt. quæ contentio divina & humana cuncta permiſcuit, eoque vecordiæ proceſſit; ut ſtudiis civilibus bellum, atque vaſtitas Italiæ finem facerent.* In eo exemplo eadem, quæ in Thucydidis Dionyſius annotavit, obſervari poterunt. In primis membrum hoc, * *Bellum ſcripturus ſum*, propter *M S*, manifeſtam διάστασιν habet, & geminatum *S* ſibilum facit. alterum membrum, *Quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum geſſit*, propter vocalium amplitudinem, & propter manifeſtam dictionum diſtantiam amplum eſt. Nam *D* & *P* coire in unam ſyllabam non poſſunt, & *S* cum *R*, & cum *C*: & *M* cum *J* conſonante pugnant, aſperumque ſonitum faciunt, ut & *M* cum *G* ἀντιτυπίαν. præterea *R* quater repetitum, mutæ etiam *P D C G* orationis ſplendorem obtundunt: & *V* vocalis, gratiam aufert. Tertium membrum, *Primum, quia magnum*

* Obſerves carmen eſſe heroicum, quinto pede ſpondeo: *Bellum ſcripturus ſum, quod populus Romanus.*

num & atrox, variaque victoria fuit, nullam gratiam habet. primo, quia ter repetit *ια*, nimis ingrate: deinde, quia ἀντιτυπίαν *M* & *Q*, *X* & *V* conſonantes habent. Quartum membrum, *Dein, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obviam itum eſt.* Hæc oratio magnifica eſt propter res amplas: verba quoque *nobilitatis obviam itum*, magnifica; ἀντιτυπία autem literarum *N* & *Q*, *M* & *P*, *M* & *S*, ultimum membrum, *Eoque væcordiæ proceſſit; ut ſtudiis civilibus bellum, atque vaſtitias Italiæ finem facerent*, verba habet ſatis ampla, & quæ ſuis baſibus innituntur, quanquam non adeo frequens ἀντιτυπία, niſi *S* & *B*, & *M* cum *F*, jam membrorum harmonia neglecta eſſe videtur: nam continuis ſpondeis primum membrum abſolvit. Alterum membrum huic in quantitate minime reſpondet: nam multis dictionibus protenditur varios pedes habentibus, licet duobus ſpondeis claudatur. Tertium membrum, qui dactylo clauditur, ſtudioſe effectum eſſe videtur. Quartum membrum dicoreo terminatum eſt, ſed hiat propter eliſionem. Quintum membrum aliud quiddam, & diverſum à tota periodo, infert. Unde in periodo hac nullus circulus, nulla certa baſis, ſed omnia diviſa, omnia diſſipata.

Pag. 202, ver. 7: Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς.] Huic ode Sapphus etſi ex Horatio commodum exemplum comparari poſſit, tamen quoniam hujus Poetriæ aliam oden Catullus vertit, eam ob rem illius exemplum examinabo. Incipit autem illius Ode,

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θέοισιν.

Eam ſic vertit Catullus,

Ille mi par eſſe Deo videtur,
Ille, ſi fas eſt, ſuperare Divos,
Qui ſedens adverſus, identidem te
Spectat, & audit

Dulce ridentem; miſero quod omnis
Eripit ſenſus mihi: nam ſimul te,
Lesbia, adſpexi, nihil eſt ſuper mi,
Quod loquar amens. *Parthenius.*

Lingua

Lingua ſed torpet. tenuis ſub artus
Flamma demanat: ſonitu ſuopte
Tintinant aures: gemina teguntur
Lumina nocte.

In eo carmine cauſæ hujus elegantiæ eædem annotari poſſent, quas in Poetriæ ſuæ odario Dionyſius obſervavit. Imprimis, dictiones ita ſecum conjunguntur, ut naturali complexione conjunctæ eſſe videantur. Nam, exceptis ſex locis, in quibus diverſæ dictiones ἀντιτυπίαν habent, aliæ omnes molliſſimæ & leniſſimæ ſunt. Jam vocales frequentius ſubjunguntur mutis, conſonantibus, & ſemivocalibus, quam præponuntur. Præterea ſemivocales ſecum non pugnant: vocalium vero concurſus, & hiatus haud frequens eſt. Ad extremum, membra membris ita cohærent, ut nullum manifeſtum tempus inter ea appareat; ſed ut verbum ex verbo, ſic membrum ex membro, fluere videatur. Quare, quod auctor ait, non ultra examinanda ode hæc, ne ταυτολογίας vitium incurramus. De natura enim vocalium, & conſonantium ſatis jam dixit.

Pag. 208, ver. 20: Ἑνὸς ἔτι παρεθήσω.] Apud Ciceronem vero, quem Iſocrati opponimus, etſi ſtudioſe omnia inflexa ſunt; (vir enim ſummus, ab humilitate, vulgique ſermone abhorruit) tamen, quoniam ipſe orationem pro Cæcina in hoc genere eſſe ſcribit, ideo principium hujus orationis exemplo huic Iſocratis opponamus. eſt autem hoc, *Si, quantum in agro lociſque deſertis audacia poteſt, tantum in foro, atque in judiciis impudentia valeret: non minus nunc in cauſa cederet A. Cæcina Sex. Æbutii impudentiæ, quam tum in vi facienda ceſſit audaciæ. Verum & illud conſiderati hominis eſſe putavit, qua de re jure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc conſtantis, quicum vi, & armis certare noluiſſet, eum jure, judicioque ſuperare.* In hoc exemplo verba ſecum ita cohærent, ut ἀντιτυπία rara ſit, membra autem ita exæquata & directa, ut quod in auſtero dicendi genere vitium eſſet, hîc cum ſumma elegantia, & venuſtate poſitum ſit. Quare & ea omnia, quæ Dionyſius ineſſe in exemplo Iſocratis oſtendit, hîc nullo negotio reperies.

Pag.

Pag. ead. ver. ult. Φέρε δή τις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε.] Ab iſta diligentia Cicero nunquam abhorruit, qui ſtudioſe numeris orationem ſuam exornabat, & de numero multa conſcripſit. Illius exempla aliquot adducenda ſunt, ut fidem oratio habeat. Ac primum occurrit locus ex oratione pro Plancio; in qua cum dixiſſet, *Victoriæ noſtræ graves adverſarios paratos*, ad ſenſus perfectionem ſubjunxit, *Interitus nullos ultores eſſe videbam.* Et in oratione poſt reditum ad Quirites ita habet: *Sed etiam rerum mearum,*

Auctores, teſtes, laudatoreſque fuere.

Præterea in principio Archianæ, integro hexametro utitur, cum enim ait, *Aut ſi qua exercitatio dicendi*, ſubjungit verſum,

In qua me non inficior mediocriter eſſe

Verſatum. Et in reliquo Academicæ, *Quæ*

Cum ſint dicta in conſpectu, conſedimus omnes.

et Tuſcul. 4, *Illud*, inquit, *animorum corporumque diſſimile eſt, quòd animi valentes*, addit verſum:

Morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.

et Tuſculan. 5: ubi ita Cicero, *Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur:*

Hæque voluptates ſingillatim extenuantur.

Magis autem eſt artificioſum in orationibus verſus admiſcere, ubi ad impellendos animos non parum juvat numeri ſuavitas; ut Cicero in Orat. ſcribit: qui gloriatur ſeſe orationem numeroſam adhibuiſſe, in Accuſ. in Verrem ſecundo, ubi de Siciliæ laude dixit: & in Senatu, de Conſulatu ſuo. Sic & in quarto Accuſ. de Ennenſi Cerere; de Segeſtana Diana; de Syracuſarum ſitu: ſed & in principio orationis pro ſex. Roſcio Amerino, hoc obſervari poteſt: ejus loca aliquot annotabo. ſunt verba Ciceronis, *Credo ego vos, judices, mirari, quid*

Sit, quod, cum tot ſummi oratores homineſque,

nobiliſſimi ſedeant: en ſtatim hexametrum integrum collocavit. deinde proſequitur, *Ego potiſſimum ſurrexerim, qui neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate*, ſequitur carmen hendecaſyllabum, una ſyllaba in medio abundante obſcuratum:

ratum: *Sim cum iis, qui ſedeant, comparandus. omnes:* &c. Paullo poſt: *At tanto officioſior, quam cæteri?* trimeter chorêum habens in ſecundo pede, rurſuſque paullo poſt, duas trimetros ponit, nonnullis interjectis, oratione ſoluta: *His de cauſſis ego huic cauſæ patronus extiti*, deinde interponit, *Non electus unus, qui maximo ingenio, ſed relictus.* alter trimeter, *Ex omnibus, qui minimo periculo Poſſem dicere*, &c. Multi etiam ſunt dimetri: ut, *Tales viros impediat.* ſunt etiam alia carmina ſummo artificio occultata, quod facile obſervari poteſt. in quarta etiam Verrina multa carmina obſervari poſſunt. Primum quidem, primis remotis verbis, incipit à dimetro hypercatalectico ſic: *Venio nunc*, * *Ad iſtius, quemadmodum ipſe*, &c. deinde hemiſtichium hexametri proponit illis, *Neſcio, rem vobis proponam*, &c. Tum Alcaicum dactylicum, cum inquit, *Genus* * *Ipſum prius cognoſcite, judices*; ſicut & illud Horatianum, *O matre pulchra filia pulchrior.* Deinde ſenarium, & ſimul dimetrum hypercatalecticum, *Nego in Sicilia tota,* * *Tam locupleti, tam vetere provincia*, * *Tot oppidis, tot familiis.* paullo poſt hendecaſyllabum habet: nam inquit, *Nego ullam picturam neque in* * *Tabula, neque textili fuiſſe.* paullo poſt Sapphicum hypercatalecticum: * *Non enim verbi, neque criminis cauſa.* Poſt hexametrum integrum, latentem tamen ob compoſitionem ſolam: nam cum dixiſſet, *Unde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in*

Deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quàm ex

ipſis laudatoribus. jam vero in Milonianæ orationis peroratione, cap. 35, ſimilia obſervari poſſunt. primum eſt hexametrum carmen integrum, cum ſic ait, *Eſſe hanc,*

Unam, quæ brevitatem vitæ poſteritatis

memoriâ conſolaretur. et deinde ſubſequuntur verſus hexametri ſpondaici; ut cùm dicit, *De me, inquit, ſemper populus Romanus, ſemper* * *Omnes gentes loquentur.* & poſt ſic, *Quam*

Fines imperii populi Romani ſunt,

ea

* Nugatorie ſatis: nam hæc eſt Ciceronis ſententia: *Non enim verbi, neque criminis augendi cauſa complector omnia.*

ea non ſolùm fama jam de illo, &c. & paullo poſt, *Omnibus in terris. & jam verſatur, & ſemper.* ſed in quinto vice dactyli Creticum habet. Rurſus hendecaſyllabum ſequitur, uno tantum tempore longius, *Sed, quo eſt illa magis divina virtus.* poſt paullo acephalum hexametrum, *Quodnam ego concepi tantum ſcelus? aut quod-in me tantum facinus admiſi?* rurſus duo fines hexametri, *Meoſque redundant* *. &, *Ex iſto fonte dolores.* Non vitavit itaque Cicero carmina, imo ſtudioſe accerſivit; ut ex multis aliis locis colligi poſſet. Ut & illud ad Varronem, *Latent iſta omnia, Varro,*

Magnis obſcurata, & circumfuſa tenebris. & in Verrinis plenum verſum una ſyllaba inutilem fudit, *Cum loquerer, tanti fletus gemituſque fiebant.* Nec finem vitavit elegi, *Oderat ille bonos.* incurrit etiam in hendecaſyllabum, *Succeſſit tibi Lucius Metellus.* & multis aliis locis probari poſſet Ciceronem verſus non vitaſſe. Alii quoque authores Latini effugere non poterant: Salluſtius ab hexametro incipit bellum Jugurthinum: *Bellum ſcripturus ſum, quod populus Romanus.* & Plinius Panegyricum incepit à fine hexametri, cui ſubjunxit integrum hexametrum: *Bene ac ſapienter,*

Patres Conſcripti, majores inſtituerunt.

et Livius lib. 1, hexametrum habet, *Pugnatum eſt*

Porta Collina totius viribus urbis.

et ibid. *Ipſe ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit*

Sedulo, ut adverſus montes conſiſteret hoſtis.

Sed de his ſatis eſt. nam ſi quis vellet Hieronymi Peripatetici more (quod Cicero dicit) verſus apud ipſum Ciceronem, & alios ſcriptores obſervare, fortaſſe nullum eſſet verbum, quod non in aliqua metri lege collocatum eſſet. Illud vero multo artificioſius eſt, quod annotat Hermogenes de formis Orat. lib. 2, (pag. 381, ver. 2, Edit. Porti, 1569) cum de Politica oratione agit, Homerum in ſuis carminibus omnia genera poematum effinxiſſe. Cum enim poeſis

* At vera lectio eſt, *omnes in me, meoſque redundant ex fonte illo dolores.*

poeſis omnium ſit imitatio, optimus in omni genere Homerus eſt dicendus: vivam enim, accommodatamque ſubjectis perſonis imitationem, & in his quæ ad dictionem pertinent, & inductionem perſonarum, & varias differentias metrorum præſtitit; ex quibus varia quoque carmina fieri contingit. Verba Hermogenis hæc ſunt de Homero:

Ἄριστος οὖν κατὰ πάντα λόγων εἴδη, καὶ ποιητῶν ἁπάντων, καὶ ῥητόρων, καὶ λογογράφων Ὅμηρος. καὶ γὰρ μεγέθη, καὶ ἡδονὰς, καὶ ἐπιμελείας καὶ δεινότητας, καὶ τὸ μέγιστον ποιήσεως, μίμησιν ἐναργῆ, καὶ πρέπουσαν τοῖς ὑποκειμένοις, κἀν τοῖς κατὰ λέξιν, καὶ ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν προσώπων, καὶ μύθων διατυπώσεις, καὶ μέτρων διαφόρους τομὰς, ἐξ ὧν καὶ διάφορά πως συμβαίνει γίνεσθαι τὰ μέτρα, καὶ ταῦτα ἐν δέοντι, καὶ κατὰ λόγον μεταβαλλόμενα πρὸς τὸ, καὶ τὸ φύσει πάντων ἄριστον μέτρον προῃρῆσθαι, καὶ ὅλως τὸ ποικίλον, καὶ ἐξ ἁπάντων ἓν ὅτι κάλλιστον, ὁ μάλιστα ἐργασάμενος παρὰ πάντας ποιητὰς, οὗτός ἐστιν. Id eſt, *Omnibus igitur dicendi figuris, præſtantiſſimus omnium poetarum, & oratorum, & ſcriptorum Homerus. Nam & orationis amplitudines, & ſuavitates, & ſcriptiones accuratas, & gravitates, & quod maximum eſt in poeſi, apertam imitationem & convenientem rebus perſoniſque ſubjectis, tum verborum genere & ornamentis, tum perſonarum productione, deſcriptione & fabularum conformatione, tum verſuum ſectionibus variis, quibus varia & differentia verſuum genera fieri ſolent, & hæc ipſa convenienter, & ratione certa inter ſe variata, ut hoc illudve, quod natura præſtantiſſimum ſit, carminis genus propoſitum habeat: denique ut varium, & ex omnibus præſtantiſſimum qui effecerit, præ cæteris poetis ſit Homerus.* deinde (pag. 385. ver. 5.) multis interjectis ait, Ἐξίσταται γὰρ καὶ τοῦ οἰκείου πολλάκις τὸ μέτρον ῥυθμοῦ κατὰ τὰς ποίας τῶν στίχων τομὰς, καὶ ἀναπαύσεις ἐννοιῶν κατὰ τὰ κῶλα. τὸ γοῦν, —— Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν· —— ἀναπαιστικόν πως ἐστὶ, γενομένης ἀναπαύσεως ἐν τῷ, Ἡρώων. Id eſt, *Sæpe enim verſus declinat à ſuo numero proprio, & ſectiones varias verſuum habet: & clauſulas ſententiarum in ipſis membris. Nam illud,* Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, *anapæſticus eſt numerus, cum clauſula facta fuerit in primo verbo* Ἡρώων.

 Quod

Quod etiam nos in Latino poeta obſervare poſſumus. is enim pro diverſitate materiarum, diverſis carminibus uti videtur: ita, ut paucis mutatis, genus aliud carminis manifeſtum ſit. Nam lyrica carmina inter hexametra inſeruit, cum lyricam materiam narrabat: ſimiliter elegiaca, cum elegi cantandi eſſent. Exemplis rem demonſtrabo: lib. 5, Æneid. ver. 245, carmen Sapphicum miro artificio in hexametrum immiſcuit. nam in his,

Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro:

abjice vocem *Cloanthum*, & in verbo *advelat*, præpoſitionem omitte, erit Sapphicum,

Voce declarat, viridique velat
Tempora lauro.

Ibidem eſt carmen,

Cuncti adſint, meritæque expectent præmia palmæ:

quod videtur Sapphicum præ ſe ferre, ſi pauca mutaveris. Sic in Ecloga 6, ver. 30,

Nec tantum Rhodope miratur & Iſmarus Orphea:

fiet ex eo Aſclepiadeum,

Nec tantum Rhodope & Iſmarus Orphea.

tum illud,

Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Cœperit:

refert Aſclepiadeum.

Tum durare ſolum, & cludere Nerea
Ponto cœperit

et Eclog. 9, ver. 53,

Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin
Ipſa fugit:

fiet Aſclepiadeum,

Nunc oblita mihi carmina: vox quoque
Mœrin ipſa fugit.

Et innumera ejuſmodi alia quis inveniet apud Maronem, quæ non ſine ſumma induſtria, atque incredibili artificio elaborata ſunt. Sed non licet præterire Eclogam illam, quæ Gallus inſcribitur; quæ, quia lacrymabiles elegos continet,

ipſa quoque carmina elegiaca eſſe videntur. en ſecundum carmen,

Pauca meo Gallo, quæ legat ipſa Lyco—ris. Et,

Najades, indigno cum Gallus amore periret:

abjice *cum*, & ultimam ſyllabam, erit pentameter,

Najades, indigno Gallus amore perit.

hoc carmen ſi conjungeretur cum ſuperiori hexametro, quam miram ſuavitatem faceret? Sic & in illo verſu,

Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi? venit Apollo:

abjice primam literam, & verba tranſpone, erit pentameter;

Unde amor iſte, rogant? venit Apollo, tibi.

ſic ex eo verſu,

Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores:

abjice *ſi*, & ultimam ſyllabam, erit pentameter.

Similiter ex eo,

Hic gelidi fontes: hic mollia prata, Lycori:

abjice alterum *hic* cum ultima ſyllaba; ſenſus quidem pervertitur, aut nullus erit; ſed nos numerum, non ſenſum quærimus, dum ex hexametro pentametrum elicere volumus. Sunt ergo in hac ultima Ecloga multa, quæ duobus dactylis cum cæſura finiunt, quæ potius imaginem retinent finis pentametri, quam principium hexametri: ut,

Me ſine ſola vides. et, *Omnia vincit amor.*

quapropter hæc mira dulcedine aures complent. Sed de his ſatis ſit.

Pag. 224, ver. 22: Αὐτίκα ὁ κατ' Ἀριστοκράτους λόγος.] Exemplum Demoſthenis examinat Dionyſius: in quo obſervavit primum metrum eſſe anapæſticum, uno pede mutilum. huic autem adhæret pentameter elegiacus exactiſſimus, ſi ſynalœphen auferas: deinde paucis ſolute interjectis, adeſt Sapphicum metrum Epithalamium, & Ariſtophaneum tetrametrum: poſthæc duplex iambicum dimetrum: rurſus anapæſticum pedum octo, ac demum iambicum. quare verba Demoſthenis ita digeri poſſunt:

Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με
μήτ' ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεχ'
ἥκειν Ἀριστοκράτους κατηγορήσοντα τουτουΐ,
μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁ-

μάϱτημα, ἑτοίμως ὅτως ἐπὶ τότῳ
πϱοάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν·
ἀλλ᾽ ἔιπεϱ ἄϱ᾽ ὀϱθῶς ἐγὼ λογίζομαι,
καὶ σκοπῶ,
*πεϱὶ τῦ τὴν Χεῤῥόνησον ἔχειν ἀσφαλῶς ὑμᾶς, καὶ μὴ παϱαχϱυσθέν-
ται*
ἀποστεϱηθῆναι πάλιν αὐτῆς.

Pag. 246, ver. 5: Ὧν δὴ πϱὐθέμην.] Quæ præcepta exemplis Homeri, Euripidis, & Simonidis illuſtrat, nos eadem apud Virgilium, Terentium, & Horatium oſtendemus. in Virgilio itaque, cum omnia pene ſcripta ſic examinari poſſunt, tum etiam locus ille in lib. Æneid. 1. ver. 180: *Æneas ſcopulum interea conſcendit*,— unum membrum: alterum, *et omnem Proſpectum late pelago petit*,— id membrum longius eſt, & hemiſtichia duo amplectitur. jam vero, quod ſequitur, longius eſt,

———Anthea ſi qua
Jactatum vento videat, Phrygiaſque biremes:
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Hæc prima periodus tria membra inæqualia habet: nullum vero uno carmine abſolvit. Alterius periodi primum membrum:

Navem in conſpectu nullam: tres littore cervos
Proſpicit errantes:

alterum membrum minus priori, *hos tota armenta ſequuntur*
A tergo: tertium adhuc minus, *et longum per valles paſcitur agmen.* Tertiæ periodi primum membrum exiguum, *Conſtitit hic*,— alterum huic prorſus inæquale, —*arcumque manu, celereſque ſagittas*
Corripuit; tertium autem κατὰ παϱένθεσιν proferri poteſt, —*fidus quæ tela gerebat Achates.* deinde quartum majus,

Ductoreſque ipſos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, ſternit;

hemiſtichio clauſit membrum: & ſequens carmini integro additum membrum facit,— *tum volgus, & omnem*
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.

Hæc periodus. obſervabis hic non tantum compoſitionem ſolutæ orationi ſimilem, ſed & carmina, ita ſecum cohærere, ut epitheta ſequentia trahant vocabula: verba diverſa carmina

mina conjugant, eaque prorſus omnia, quæ diſſipatam & fluxam, ſed ſibi cohærentem, orationem faciant.

Pag. 250, ver. 6: 'Ἐκ ȣ̃ τ̃ ποιήσεως.] Hoc idem in Phormione Terentii demonſtrari poteſt, ubi Davus loquitur:

Amicus ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit:

Membrum primum ex integro carmine & hemiſtichio conflatum. aliud membrum majus hoc priori,

——erat ei de ratiuncula
Jampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum:

Reliquum membrum minus prioribus,—*id ut conficerem.*— deinde duo verba, ſeorſim ſuas ſententias habentia, *Confeci: adfero.* alterius periodi primum membrum,

Nam herilem filium ejus duxiſſe audio
Uxorem:

alterum membrum minus eſt, *ei credo munus hoc conraditur.* Periodus altera. tertia periodus membrum parvum habet, nec carmen implet,

Quam inique comparatum eſt,— alterum prolixius, quod hemiſtichio, & carmine integro conſtat: ut,—*ii qui minus habent,*

Ut ſemper aliquid addant divitioribus!

Pag. 252, ver. 4: 'Ἐκ ȣ̃ τ̃ μελικῆς.] Sic & illa apud Horat. 3, Carm. Ode 27, legi poſſunt, ut pauca veſtigia carminum appareant. Etſi enim ſunt ſtrophæ, tamen collocatione membrorum ita diſſident, ut non tam repetitum carmen, quam continua oratio eſſe videatur. eſt autem Europa, errorem ſuum incuſans:

Quæ ſimul centum tetigit potentem oppidis Creten: Pater, ô relictum filiæ nomen, pietaſque! dixit victa furore. Unde? quo veni? levis una mors eſt virginum culpæ. vigilanſne ploro turpe commiſſum? an vitiis carentem ludit imago vana, quæ porta fugiens eburna, ſomnium ducit? meliuſne fluctus ire per longos fuit, an recentes carpere flores? Si quis infamem mihi nunc juvencum dedat iratæ, lacerare ferro, & frangere enitar modo multum amati cornua tauri. Impudens liqui patrios Penates:

tes: impudens orcum moror! ô Deorum ſi quis hæc audis, utinam inter errem nuda leones: antequam turpis macies decentes occupet malas, teneræque ſuccus defluat prædæ, ſpecioſa quæro paſcere tigres. Hæc, & multa alia apud hunc poetam videntur eſſe ſimilia ſolutæ orationi, id autem maxime ob eas cauſas, quas auctor memoravit.

Index

Index Verborum & Formularum, quæ viſæ ſunt Notatu digniores.

A

A Literæ ſonus 94, 16.
ἀβασανίστως πιθέναι 238, ver. ult.
ἀγεννὲς σχῆμα 34, 22. ἀγεννὴς πούς 126, 8. ἀγεννεῖς ῥυθμοί 142, 18.
ἀγέρωχος ὄψις, inſolens & immane viſum, 116, ver. penult.
ἀγωγαὶ τῶν στροφῶν, ductus, 154, 1.
ἀδιάντοισι παρειαῖς 252, 15.
ἀδολέσχης καὶ φλύαρος λόγος 246, 13.
ἄζηλα καὶ φαῦλα 20, 20.
ἀθληταὶ τοῦ ἔργου 242, 17.
ἀθροῦν ψόφον λαμβάνειν 184, 22.
αἲ Æolicè pro εἰ, ſi, 206, 6.
δι᾽ αἰσχύνης θέσθαι 144, 7.
ἀκαιείμαν γλῶσσαν 8, 4.
ἀκαρὴς παραλλαγή 106, 5.
ἀκατάστροφος 196, 6.
ἀκατονόμαστος, ἀνώνυμος 172, 3.
ἀκέραστοι φωναί 194, 17.
ἀκόμψευτος σύνθεσις 172, 10. ſic ἀκόμψευτος ἁρμονία 198, 4.
ἀκόρυφος καὶ ἀκατάστροφος 196, 6.
ἀκρατίζεσθαι, jentare 18, 9.
εἰς ἄκρον, ſumme, 216, 3.
ἄκρως εἰδότες αὐλεῖν 240, 18.
ἀκροστίχιον 96, 5.
ἀκώλιστος περίοδος 200, 11.
ἀλεξιφάρμακον, remedium, 218, 7.
ἀλληλουχίας βάσις 198, 16.
ἄλογος αἴσθησις ſeu ἀνάλογος, 106, 13. ἄλογοι καὶ ἐνθουσιώδεις ὁρμαί 8, 1.
ἆλτο pro ἥλατο 48, 3.
ἅμ᾽ ἠοῖ 18, 15.
ἀμβλύδην γοόωσα 112, 1.
ἀμβολᾶς pro ἀναβολῆς, dilatio, 234, 6.
ἄμβροτος χέρσος 180, 5.
ἀμεγέθης καὶ ἄσεμνος 134, 3.
ἄμετρον κακόν 254, 12.
ἀμυδρότερα 168, 20.
ἀμφήειστον ἔθηκε 138, ver. penult.
ἀνακοπαί in verb. compoſ. 196, 2.
ἀνακυλίσαι ὑπὸ ὄχθου 162, 16.
ἀνάπαιστοι ῥυθμοί 224, 24.
ἀνάπαυλαι in dictione 156, 7.
ἀναπόδεικτα λέγειν 18, 1.
ἀνέδραστος βάσις 196, 10.
ἀνέλεγκτος 178, 8.
ἀνεπιστάτως ῥίπτεσθαι 16, 4.
ἀνεπιτήδευτον καὶ ἀφελές 174, ver. ult.
ἀνήλεκτα * 26, 3.
ἀντίστροφος, reſpondens, 130, 3.
ἀντίστροφοι, pro ἀντίστροφαι 152, 17.
ἀντίτυπος ἁρμονία 182, 14. ἀντίτυπος συζυγία 186, 19.
ἀντωνυμίαι pronomina 12, 9.
ἀνωθεῖσθαι 164, 6: idem ἄνω ὠθεῖσθαι ibidem 2: Et ἀνακυλίεσθαι 162, 16.
ἀξιοθέατος 216, 6.
ἀπαγγέλλειν enunciare, 162, 11.
ἀπαγγελία, idem ac ἑρμηνεία, elocutio, 166, 15.
ἀπαρέμφατα ῥήματα 48, 20.
ἀπαρχὰς προχειρίσασθαι 18, 4

κατ᾽ ἀπαρτισμὸν, *abſolute*, 214, 13.
ἀπειρέγραφος βάσις 196, 10.
ἀπειρόδιος λέξις 200, 11. ἀπειρόδιος νοῦς 248, 25.
ἀπευθύνειν 80, 2.
ἀπέχθεσθαι, *offendi*, 200, 4.
ἀπῆναι, πλωταὶ, *naves*, 130, 16.
ἀπὸ τοῦ ῥᾴστου, *facillime*, 242, 13. *idem* ἐκ τοῦ ῥᾴστου 240, 15.
ἀπὸ τῆς ἕξεως, *habitu*, 240, 15.
οὐκ ἀπὸ σκοποῦ 120, 13.
ἀποδέχομαι, *probo*, 158, 10.
ἀποζῆν, *vitam tolerare*, 190, 17.
ἀποίητος λόγος 10, 14.
ἀποκροῦσαι, *in diſput. rejicere*, ἀποκυματίζειν τὸν ἦχον 208, 8.
ἀπομαχόμενος μὴν 22, 9.
ἀποπλανᾶσθαι ἀπὸ τῆς ἀληθείας 40, 15.
ἀπόπερθε κοίτας 78, 3.
ἀποπτυσμοῦ δηλωτικὰ γράμματα 90, 15.
ἀποσφάττει πάντας 144, 15.
ἀποτραχύνειν 194, 22. ἀποτετράχυκεν, *ſine* γ 180, 23.
ἄρα *priore ſyllaba producta*, 230, 7.
ἀράττεσθαι περὶ πέτρας 118, 19.
ἀρβύλης ἴχνος 78, 1.
Ἀργεία Νεμέα 180, 2.
ἀργεία *pro* ἀργία 218, 6.
ἄρθρα τοῦ λόγου 12, 6.
ἀριθμοὶ *pro* ῥυθμοὶ, *Numeri Oratorii*, 124, 2.
ἁρμάτειος δίφρος 144, 18: *Curtius lib.* 4. *currum vocat.*
ἁρμογὴ τῶν ὀνομάτων 244, 1. ἁρμογὴ τῶν κώλων 56, 12. ἁρμογαὶ περιόδων 200, 16.
ἁρμόζον, *conveniens*, 160, 9.
ἁρμονία, *Compoſitio, ſeu concinna compoſitio*, 62, 9. 70, 20. 88, 5. 174, 2. *pro eodem* σύνθεσις 170, 11. ἁρμονίας λεκτικῆς δύναμις 16, 9. ἁρμονία γραμμάτων 116, 17.
ἁρμόσαι ὀνόματα πρὸς ἄλληλα, *aptare*, 56, 19. *Sic* ἁρμόττεσθαι πρὸς ἄλληλα 52, 5.
ἀρτηρία· τῆς ἀρτηρίας ὑπηχήσεις τοῦ πνεύματι 102, 26.
ἀρχαϊκὸν κάλλος 192, 8.
ἀρχαιοπρεπῆ σχήματα 200, 19.
ἄσημος στίχος 150, 14.
ἄσιγμοι ᾠδαὶ 100, 5.
ἀσινεῖς τε καὶ ἄνοσοι 10, 1.
ἀσύμφωνος χορδὴ 72, 15. ἀσυμφώνως ἐμπνεύσας 72, 18.
ἀτοπία 82, 14.
ἀτρέκειαν εἰπεῖν 172, 7.
ἀτριβὴς ἔργου οὐδενὸς 242, 18.
Ἀτρυτώνη, Διὸς τέκος 44, 19.
αὖ ἔρυσαν 48, 1.
αὐαλέα κόμα 254, 4.
αὐλὸς τοῦ πνεύματος 94, 7.
αὐτὰ τὰ ἀναγκαιότατα, *pro* μόνα τὰ ἀναγκαιότατα 50, *ver. ult.* αὐτὰ τὰ φανερώτατα, *pro* μόνα τὰ φανερώτατα, 172, *ver. ult.*
αὐτοματισμῷ καὶ τύχῃ χρησάμενα 180, 16. φύσις αὐτοματίζουσα 166, 2. αὐτοματισμῷ γινόμενα 230, 3. κατ᾽ αὐτοματισμὸν 228, 1.
αὐτοσχεδιάζειν μέτρα 226, 7.
αὐτοτελῆ, *perfecta*, 92, 1. αὐτοτελῶς, *perfecte*, 92, 2.
ἀφαιρήσομαι *pro* ἀφαιρεθήσομαι 56, 7.
Ἀφροδίτη, *venuſtas*, 16, 12.
ἄφωνα γράμματα 92, 3.

B

B *Litera ut proferatur*, 102, 9.
βαίνεσθαι, *ſcandi, de metro*, 28, 13.
βάρος, *gravitas dictionis*, 70, 8. βάρος ἢ σεμνότης 200, 20.

βάσεις

βάσεις διαλεικαὶ ἢ γλαφυραί 178, 2.
βλάβος τι σοι γένηται 24, 14.
βλοσυρῶπις Γοργώ 118, 4.
βοστρυχίζειν τὰς λόγους 238, 4.
βρέμει ἄνεμος 252, 14. βρέμεται αἰγιαλῷ 114, 1.
βρόμος ἀνέμων 114, 8. & φθόγγος 254, 7.
Βρόμιος, *Bacchus*, 126, *ver. ult.* 178, *ver. ult.*

Γ

ΓΑλαθηνὸν ἦτορ 254, 1,
γαμετὴ, *uxor*, 4, 3.
γενέθλιος ἡμέρα 2, 3.
γενικωτάτη διαφορὰ, *differentia generaliſſima*, 10, 9.
γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς συνθέσεως χαρακτὴρ 198, 8.
γλίχεται τέτων 174, 16.
γλυκαίνειν τὴν ἀκοὴν 108, 25. γλυκύτης λέξεως 70, 6.
γλῶτται *orationem figurant*, 20, 23.
γλωττηματικὰ ὀνόματα 246, 4.
γοητεύεσθαι ὑπὸ---72, 7.
γοητεία ἡ ἐν ᾠδαῖς 74, 11.
γοργὰ κῶλα 156, 11.
γράμματα *undè dicta* 90, 5.

Δ

ΔΑὶ *pro* δὴ 58, 18.
δαιμόνιος, *divinus, excellens*, 138, 18. δαιμονίως, *divine, excellenter*, 232, 3.
δακτυλικὸς *pro* δάκτυλος 128, 19.
δάμνα, *doma, ſubige*, 202, 10.
δασέα ἄφωνα 102, 6.
δαψιλὲς, *crebrum, frequens*, 54, 21.
δέον συλλαβῇ τῆς τελείας, *ſyllaba indigens ad perfectionem*, 232, 17.
δείγματος, ἢ παραδείγματος ἕνεκα 160, 17.
Δεῖμός τε Φόβος τε 118, 5.
δεξιῶς εἴρηται 22, 13.
δημιεργοὶ τέχναι 52, 11. δημιέργημα χειρῶν 4, 1.
διὰ πέντε 76, 15. διὰ πασῶν 76, 15.
διαβεβηκότα εἰς πλάτος ὀνόματα 174, 11.
διαβάσεις εὐμεγέθεις 164, 13.
διακλέπτειν, *occulere*, 134, 11.
διάλεκτος, *ſermo, elocutio*, 20, 23. διάλεκτος πεζὴ 22, 1. διαλέκτε μέλος πῶς μετρεῖται 76, 1.
διαλλάττειν, *mutare*, 34, 14. διαλλάττειν & διαφέρειν *pro eodem* 102, 21. τῷ ποσῷ διαλλάττεσα τ----74, 17. διαλλαγὴ, *mutatio*, 74, *ver. ult.*
διαναπαύειν 86, 12.
διασαλεύειν τὰς ἤχες 206, 20. διασαλεύειν τὰς ἁρμονίας 194, 7.
διάτονοι μελῳδίαι 152, 18. 154, *ver. ult.* τὸ διάτονον 76, 16.
διαφέρειν· ἐδὲν αὐτῇ διαφέρει, *nihil ejus intereſt*, 174, 8.
διαφθορὰ φρενῶν 142, *ver. penult.*
διαχαλάσματα τῶν ἁρμονιῶν 194, 22.
δίδωμαι 2, 8. διδὲς ἑαυτὸν εἰς, *dedens ſe*, 236, 9. διδὲς αὐτὸν ὑπεύθυνον, *judicandum ſe præbens*, 236, 16.
διηργμένα χρόνοις αἰσθητοῖς 174, 6. διείρειν, *trajicere* 148, 1. διειρόμενος λόγος 252, 11.
διελκυσμὸς, *diſtractio*, 164, *ver. ult.*
διερείδειν τὰ μόρια 182, 20.
δίεσις *harmonica*, 76, 16.
διευκρινήσω κἀκεῖνα 170, 2.
διευτυχεῖν ἐν ἅπασι 74, 12.

Διθύραμβος, *Bacchi Epitheton*, 128, 12.
διϊςάνειν τὰς ἁρμονίας 168, 1.
διέςακε, *diſparavit*, 194, 16. *mox ver.* 22, διασπᾶν *dicit*.
διοχλεῖν τὴν ἀκρόασιν 64, 15.
δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν 172, 6.
δίχρονα φωνήεντα 92, 19.
δολοπλόκος, *Venus*, 202, 9.
δοῦπος ἀκόντων 114, 2.
δύναμις ἐγένετο, *pro* δυνατὸν ἦν 50, *ver. penult.*
δυσαρεστεῖσθαι, ὅτι---74, 2.
δύσεδρον 52, 20.
δυσέκφορα 116, 16. 118, 1.
δυσηχὲς γράμμα 96, 12.
δυσπερίληπτα γραφῇ 168, 21.
δυσχείμεροι Ἀρκάδες 250, 10.
δυσωπεῖσθαι οὐδὲν 89, 16.

E

Ἐαρίδρεπτοι ςέφανοι 178, 21.
ἐγγένηται, *concedatur, liceat*, 168, 15. ἐγγένηταί μοι σχολή, *detur otium*, 8, 15.
ἐγκαθίσματα *in Compoſitione*, 196, 23.
ἐγκαταληφθέντες 144, 15.
ἐγκαταπλέκειν 86, 6.
ἐγκατάσκευος φράσις 140, 1.
ἐγκειμένη *pro* συγκειμένη, 222, 4. 224, 24.
ἐγκεκλιμένα ῥήματα 48, 19.
ἐγκλίσεις *verborum, nominantur à quibuſdam etiam* πτώσεις 54, 12.
ἐγκοπὴ τῆς ἁρμονίας 184, 7.
ἐγκύκλιος παιδεία 234, 11.
ἐγχωροίη, *liceret, contingeret*, 120, 14. οὐκ ἐγχωρεῖ, *non conceditur, ſeu licet*, 70, 17. ἐφ' ὅποσον ἂν ἐγχωρῇ 54, 23.
ἑδράσαι ὅτι---52, 19.
εἰ δὴ ἄρα, *ſi modo*, 10, 1.
εἰδεχθὴς ἐχθρὸς 148, 8.
εἰδικαὶ διαφοραὶ 170, 11.
εἶδος, *forma, pulcritudo*, 24, 1
εἰσαεὶ, *ſeu* εἰς ἀεὶ 192, 12.
εἴτε ἄρα, *ſive, ſeu*, 232, 6.
ἐκλογίζεσθαι, *expendere*, 160, 20
ἐκμεμάχθαι, *imitando exprimere*, 218, 15.
ἐκμέλειαν αὐλεῖν 72, 19.
ἐκμιμεῖσθαι, *imitando effingere* 10, 14.
ἐκφανὴς, *evidens*, 212, 13.
ἐκφέρειν γραφὴν, *edere, ſcribere* 8, 18. ἐκφέρεσθαι, *proferri enuntiari*, 92, 2. *idem* ἐκφωνεῖσθαι 92, 5.
ἐκφορὰ, *prolatio, pronuntiatio* 94, 12.
ἐκφωνεῖσθαι, *pronuntiari*, 92, 5 94, 2. 98, 9.
ἐλεγειακὸν πεντάμετρον, 226, 11
ἑλικάμπυξ Σεμέλη 180, 7.
ἐλπίσας, *ratus*, 188, *ver. ult.*
ἐμμελὴς καὶ ἔμμετρος σύνθεσις 242, 24. ἐμμελὲς & εὐμελὲς *diverſa*, 80, 7.
ἔμμετρος καὶ εὔρυθμος λέξις *qu. dicatur* 224, 1. ἐμμέλεια περιόδων 244, 2.
ἐμφαίνειν, *indicare, oſtend.* 174 *ver. ult.*
ἐν χορὸν, *Doricè pro* ἐς χορὸ 178, 18.
ἐναγώνιοι λόγοι, *quibus in judici vel pro concione cauſa aliqu agitur* 158, 3. & ἐναγώνιος πλάσμα 34, 3.
ἐναρμόνιον *pro* εὐαρμόνιον 54 19.
ἐναρμόττειν τὰ κῶλα τοῖς τύποι 236, 3.
ἐνδεικνύμενος *oculis exhibens* 118, 20.
ἐνεξουσιάζειν τοῖς ῥυθμοῖς 15 1.
ἐνθουσιώδεις ὁρμαί 8, 1.

ἐνάνιμ

ἐννόημα, ſententia, 240, 1.
ἔνρυθμον & εὔρυθμον diverſa, 80, 9. uſitatius ἔῤῥυθμος.
ἔντεχνος λόγος 246, 15.
ἐνυάλιος, Bacchi Epitheton, 126, ver. ult.
ἐπαγωγικὸν πλάσμα 34, 2.
ἐπανατείνασθαι prius eſt quàm τὸ πλῆξαι 48, 10.
ἐπιγραφαὶ πραγματειῶν, librorum tituli, 50, 5.
ἐπεισόδια orationis, 156, ver. penult.
ἔπη, epici verſus, 244, 12.
ἐπὶ σεαυτοῦ, per teipſum, tuopte Marte, 116, 9. ἐπὶ τελευτῆς 226, 1. ἐπὶ τούτῳ, poſt hoc, 58, 3. ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν 8, 4.
ἐπίδοσις pro ἐπιτήδευσις, 38, 2.
ἐπείκελος, aſſimilis, 44, ver. ult.
ἐπικὴ ποίησις 176, ver. penult.
ἐπίκοινον, ſeu μέσον ἄφωνον, ut β, γ, δ, 102, 23.
ἐπίκρανον 128, 17.
ἐπικρατεῖν, potiri, 192, 1.
ἐπιλαμπρύνειν τὸν ἦχον 96, 10.
ἐπιλείπει με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος 40, 3.
ἐπὶ μακρότατον σκοπεῖν 190, 9.
ἐπιῤῥήματα διεῖλον τινὲς ἀπὸ ῥημάτων 12, 10.
ἐπισκοτεῖσθαι, obſcurari, 86, 8.
ἐπιστασία ἔμφρων 8, 2.
ἐπιστρεφάδην 46, 10.
ἐπισυνάπτειν 226, 11.
ἐπίτασις & ἄνεσις 172, 10.
ἐπιτάφιος Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος 62, 22. 134, 19. 136, 23.
ἐπιταχύνειν τὴν σύνθεσιν 166, 6, 19.
ἐπιτερπὴς εἰς ἀκρόασιν 192, 11.
ἐπιτετηδευμένως 232, 9.
ἐπίτροχαλος καὶ ταχὺς 138, 3.
ἐπιτυχεῖς τῶν ἔργων ἐγένοντο 240, ver. ult.
ἐποποιοὶ, Epici poetæ 152, 12.
ἐπῳδαὶ pro ἐπῳδοί 154, 4.
οὐχ ἕδρας ἔργον 234, 6.
ἔρεισις τοῦ πέτρου 166, 1.
Ἐριβόας, Bacchus, 178, ver. ult.
ἑρμηνείας ἀρετή 18, 12. ὡραϊσμός 6, 16.
ἔρρυθμος καὶ ἐμμελὴς λέξις quæ dicatur 224, 1. pro eodem ἔνρυθμος 80, 10. minus uſitatum.
μεταβολῆς ἔρωτι 154, 16.
ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν 14, 22.
εὖ λέγειν 6, 5.
εὔγλωσσον 10, 10.
εὔγραμμος βάσις 195, 5.
εὐγώνιοι βάσεις 174, 10.
εὐδαίδαλος, affabre factus, 234, 8.
εὔεδρον ποιῆσαι 52, 21.
εὐεπὴς λέξις 192, 4. εὐέπεια τῶν κώλων 242, 16. λέξεως εὐέπεια καὶ χάρις 206, 13. εὐεπῶς συγκείμενα 196, 18.
εὐήτριοι ὑφαί 198, ver. ult.
εὔηχον γράμμα 96, 11.
εὔθετος εἰς χάριν 4, 4.
κατὰ πολλὴν εὐκαιρίαν καὶ σχολήν 208, 16.
εὐκέρατος ἦχος 184, 12.
δι᾽ εὐλαβείας ἔχειν, religioſe cavere, 200, 5.
εὐμελὲς & ἐμμελὲς diverſa 80, 7. εὐμελῆ & εὔρυθμα 86, 3. εὐπινὴς καὶ αὐστηρὰ ἁρμονία 192, 15.
Εὐριπίδεια 32, 8.
εὔρους λέξις 208, 7. εὐρούστερος 156, ver. ult.
εὔρυθμος καὶ εὐμελὴς λέξις τίς 224, 5. εὔρυθμον & ἔνρυθμον diverſa 80, 9. εὐρυθμίας πέρι 224, 14.
εὐστομία λέξεως 58, 3.
εὐστοχίαν ὑποδείκνυσθαι 240, 5.
εὔτεχνος φράσις 168, 11.

ἐφάμιλλα τοῖς--- 64, 2.
ἐφάπτεσθαι, *attingere*, 36, 14.

Z

Z *Omnium duplicium ſuaviſſimè aures afficit*, 100, 11. Z *profertur per* σ *&* δ 98, 1.
ζωγράφοι, & οἱ τὰ ζῶα γράφοντες, *pictores*, 170, 16, 17.

H

H *Literæ ſonus*, 94, 18.
ἡγεμὼν, *pes idem qui Pyrrichius*, 124, 16.
ἡδονὴ λέξεως, *quas ſub ſe contineat ſpecies*, 70, 5.
ἠϊόνες βοόωσιν 110, 7.
ἡλικία πολιαῖς κατηρτυμένη 6, 10.
ἡμιστίχων *pro* ἡμιστιχίων, 248, 15.
ἡμιτέλειαι φωναὶ 92, 4.
ἡμιτόνιον 76, 3, 17.
ἡμίφωνα γράμματα 96, 15.
ἡρῷον μέτρον 168, 7.
ἠχεῖσθαι καθ' αὑτό 90, 16.

Θ

Θ Αμινὰ, *identidem*, 84, 5.
θεατρικὴ συνθέσεως χάρις 192, 7.
οἷς θέμις ἐστί, 220, *ver. penult.*
θέσις, *quæſtio, argumentum*, 214, 2. *forte* συνθέσεως.
θεωρητὶς ἐπιστήμη 84, 21.
θρυλιγμὸν αὐλεῖν 72, 18.

I

I *Literæ ſonus* 96, 8. *finalis litera in impropriis diphthongis* ᾳ, ῃ, ῳ, 188, 17. I *in* τούτοι *compoſitioni aliquid addit ponderis & decoris*, 54, 23.

ἰάμβειον τρίμετρον ὀρθόν 230, 4. ἰάμβειον & ἰαμβικὸν *pro eodem* 230, 19. ἰαμβικὸς πούς 144, 5.
ἰδιώματα συνθέσεως 208, 10.
ἰδιώτης λόγος 246, 13.
ἰδρυνθέσεται 54, 4.
ἴησι: *unde* ἐξίησι *pro* ἔξεισι, *exit*, 32, *ver. penult.*
Ἰθυφάλλια μέτρα 24, 18.
Ἴλιος *pro* Ἴλιον 150, 5.
ἰόδετοι στέφανοι 178, 21.

K

K Αθολικὴ καὶ ἔντεχνος περίληψις 84, 20.
καινοτομεῖν οὐδὲν 224, 10.
καίτοι ἔχει, *quanquam habet*, 78, 5.
κακόφωνα 82, 15.
καλλιεπής 138, 17.
καλλιλογία 120, 5, 21. καλλιλογεῖσθαι 22, 11.
καλλιρρήμων λέξις 16, *ver. penult.* καλλιρρήμονα λέξεως μοῖρα 120, 16.
κάλλος τῆς λέξεως *quas contineat ſub ſe ſpecies*, 70, 7. τὸ καλὸν, *ſeparatur & diſtinguitur*, ἀπὸ τοῦ ἡδέος 68, 5.
καμπύσαι 46, 11.
κατὰ τ ἄκρας ἕξεως, *pro* μετὰ 72, 16. κατ' ὄρεσφι, *pro* κατ' ὀρέων 118, 10.
καταγελάστως 144, *ver. ult.* ἐπὶ καταγέλωτι, *riſus movendi gratia*, 150, 10.
καταγέλαστοι ἄνθρωποι 150, 8.
καταδαπανᾶν εἰς ταῦτα τὸν χρόνον 198, 0.
καταδιδόναι τὰ πρωτεῖα 140, 7.
κατακεκλασμένοι πόδες 234, 3.
κατακεκλασμέναι γραφαὶ 142, 12.
κατακλείειν τὸν λόγον 248, 6.

κατάληξις

καλάληξις 136, 14. 138, 9. & 142, 3.
καλαπυκνῶσαι ἀφώνοις συλλαβάς 118, 2.
καλάςασις τ̃ ψυχῆς 160, 22.
καλαλείβειν τ̃ λόγον περὶ - - - 70, 17.
καλαφορὰ τῆ πέτρε 166, 17.
καλαχλιδάζειν 236, 10.
καλιδὼν pro ἰδὼν 54, 26.
κεκρολημένως 242, 19.
κεραλοειδεῖς ἦχοι 100, 1.
κεφάλαια τ̃ γραφῆς 10, 5. κεφαλαιωδῶς περιλαβεῖν 60, 10.
κήδεα, curæ, 126, 13.
κηλεῖν τὰς ἀκοάς 20, 10.
κίβδαλον σάν 100, 9.
Κισσοδέτας θεὸς, Bacchus, 178, 23.
κλάγξας πέτελο 112, ver. ult.
κνώσσειν, dormire, 254, 2.
κοίτη, cubile, 24, 18.
κόμμαλα βραχύτερα κώλων 244, 8. κομμάτιον colo minus 248, 11.
κόπλονλα τ̃ ἀκροάσιν 158, 9.
κορυφὴ ἀπάνλων κ̀ σκοπός 214, ver. penult.
μέχρι κορωνίδ☉ διελθεῖν, uſque ad calcem perlegere, 38, 8.
Κρησίοις ἐν ῥυθμοῖς 232, 13.
κριλήειον πυκνὰ μελαπίπλει 218, 6.
κρότησις in pronunciatione, 98, 8.
κλενίζειν κ̀ βοςρυχίζειν 238, 4.
κλῆμα κ̀ χρῆμα ἐσόμενον 4, 5.
κυάνε☉ δνόφ☉ 254, 4.
κύκλ☉, pes qui, 130, 6. κύκλε ἐκπλήρωσις in compoſ. 176, 1.
κῶλον ea ferè ſignificatione, qua vulgo κόμμα: pro imperfecto ſcilicet periodi membro 194, 19. & 196, 16. Et in ſeq. κῶλα, membra orationis, contexuntur è partium orationis connexu 12, 17. κῶλα, quibus Rhetores, & natura ipſa periodos diſtinguit, diverſa ſunt à metricis odarum colis, 182, 8. κῶλα pedeſtris orationis, diverſa ſunt ab iis quibus Ariſtophanes & ejus generis alii ſunt uſi 252, 5. κῶλα quomodò inter ſe contexenda, ut apta fiat orationis compoſitio 56, 17. κῶλα periodorum ut varianda in optimo dicendi genere 156, 9. κῶλα quædam transformantur, ut concinnior fiat compoſitio 62, 5. κῶλα in auſtera compoſitione liberiora 174, 18. κώλων εὐρυθμία magis ſpectatur quam ἀκρίβεια 66, 8. κώλων ἀσυμμελεία 196, ver. ult. κῶλα Heroici carminis examinata 248, 9. κῶλα Iambici carminis examinata 250, 9. Τεικώλε periodi exemplum 64, 5. τείκωλον elegans 64, 7.

Λ

Λ Ut proferatur 98, 10. Λ ſemivocalium dulciſſima 98, 25
λεαίνειν τ̃ καλασκευήν 116, 21.
λέγεσθαι, pronunciari, 102, 16, 25. idem ἐκφωνεῖσθαι ibid. 9.
λεκλικὸς τόπ☉ 8, 16. & 6, 4. & 40, ver. penult.
λέξις, proſa oratio, 70, 13.
λεπλὸν ἴχν☉, veſtigium levi pede impreſſum, ita ut vix appareat, & quodammodo album ſit, 78, 1.
λήρων ἱερεύς 34, 22.
λογογράφοι 112, 11.
λογοείδεια, vitium poeſeos, 246, 8.
λοιβὴ ςεφάνων 178, 21.
λόφ☉ & ὄχθ☉ pro eodem, 164, 2.
λελύσθαι pro λυθήσεσθαι 56. 9.

M

M Ut proferatur 98, 12, & 27.
μαλθακὸν σχῆμα 34, 22.
μαρμαίρειν πυρί 230, 17.
ματαιοβουλία 254, 13.
μελικὴ ποίησις 252, 4. μελικὴ χάρις 222, 5.
τὸ μελιχρὸν ἐν τῇ ἀκοῇ 10, 12.
μελοποιοὶ, melici poetæ, 154, 10.
μέλος καὶ μέτρον τί 224, 2. μέλος εὐγενές 88, 6.
μελῳδιῶν genera tria 152, ver. penult. & 154. ver. penult.
μεσότης ἡ ἀρετή 214, 10.
μεταγενέστεροι 12, 6.
μεταναστάσεις, migrationes, 190, 13.
μεταπτωτικὰ φωνήεντα 94, 2.
μετασκευάζειν τὰς λέξεις 56, 10.
μετασκευῆς τρόποι τρεῖς, 52, 7.
μετεωρότεροι ὀδόντες 102, 18.
μετοχαὶ, participia, 12, 12.
μέτρον τί, καὶ τί λέξις ἔμμετρος 224, 2.
μηδὲν ἧττον, nihilominus, 246, 5.
μηκύνειν abſolute ponitur, 214, 1: etſi alter in notis ſit dictum. ſic Ariſtoph. in Lyſiſt.

——πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι.

μὴ ποτ' οὖν κρεῖττον ἢ--- ſubaudito verbo σκεπτέον, aut ſimili, 172, 9.
μικρόκομψον σχῆμα 34, 21.
μικρόφωνα γράμματα 94, 14.
μισγάγγεια pro μισγάγκεια 118, 11.
μογοστόκος Εἰλείθυια 46, 18.
μονογράμματος συλλαβή 108, 1.
